

De transfiguratione metallorum et occulta, summaque antiquorum philosophorum medicina, libellus / Morieno Romano ... auctore ; accessit huic nunc primum Chrysorrhēmōn, sive De arte chymica, dialogus ; qui praeclarissimas huius scientiae actiones, rationi, ac naturalibus principiis consentaneas esse demonstrat ; impostorum vero & sycophantarum somnia & nugas retegit.

Contributors

Morienus, Romanus.

Khālid ibn Yazīd, al-Umawī, active 7th century.

Robert, of Chester, active 1143.

Darmstaedter, Ernst, 1877-

Publication/Creation

Hanoviae ad Moenum : Apud Guilielmum Antonium, 1593.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/n2r8h7q3>


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



Mortenuss. 1593.









K

4458/A

N VI Mot







70112

De Transfiguratione
METALLORVM,
ET OCCVLTA, SVM-
MAQE ANTIQVORVM
philosophorum medicina,
LIBELLVS;
MORIENO ROMANO,
quondam eremita Hierosolymi-
tano, auctore.

Accessit huic nunc primum
XPYΣΟPPHMΩΝ:

Sive

De arte Chymica,
DIALOGVS;
QVI PRÆCLARISSIMAS
huius scientiæ actiones, rationi, ac natu-
ralibus principiis consentaneas esse de-
monstrat; impostorum vero & sycophan-
tarum somnia & nugas retegit.



HANOVIAE AD MOENVM
Apud Guilielmum Antonium,
M D XCIII.

R O B E R T V S V A L -
L E N S I S R V G L.

Spiritus intus inest, quem sumito,
(Corporis hæc est

Solue. Sectio) seiunctis fæcibus; Arte
leui.

Fæcibus ac terra demissis igne be-
nigno,

Gela. Sæpius aspersis. Intus *Elixir ha-*
bes.

T Y P O G R A P H V S
candido Lectori S.

QVI nunc demum oculis tuis se offert auriferæ artis libellus, & paucis antea visus, & saepe multis optatus fuit. Scriptores inferioris ætatis, a quibus ille crebro laudatur, hoc loco proferrem, si breuitatis studium non vetaret. Fuit autem quondam ex Arabico sermone, in Latinum quomodo cung^q, conuersus. Duo peruetusta illius exemplaria, non ita pridem nacti sumus, quorum alterum, interpretis nomen præfert; alterum, suppressit. Loquēdi modo translatores longe dissident, ut in eorum collatione deprehendimus; & quamvis neuter satis dextere, & verbis bene Latinis, Morieni sententiam aperiat, incerti certe magis est inconcinna loquela; & quod pluris interest, in hoc etiam pleraque desiderantur, quæ in illo nequaquam otiosa reperiuntur. Alioquin re congruunt; exceptis aliquot locis, forte scribarū vitio deprauatis. Castrensis igitur conuersionem, ut minus malam, ac magis gratam emisimus; alterius tamen in margine adscripta discrepancia; quoties agitur de re alicuius momenti. Faxit Deus, ut hic quantulusunque labor, tibi sit fru-
etuosus. Viue & vale.

I R R I S O R I ,
Sapientiam.

OMNES Chrysopœiæ libros, simul
& studiosos, nullo discrimine ri-
des. Qua gratia? Nam intempestiuus
iste risus aliis videatur, si desit cauffa,
quam ei obtendas. Nonne tu in Che-
miæ professoribus pecuniæ abundan-
tiam, & in scriptoribus formularum
veritatem desideras? Scilicet, vnius-
cuiusq; & vniuersorum nummos tra-
ctasti, eorumque numerum subduxisti;
quin etiam, euoluisti omnia scripta
auctorum eiusce artificii; immo vero
singulas illorum sententias perfekte
intellexisti; atque adeo, solerti qua-
dam experientia, infidas esse probasti.
Sic iustus es derisor; tuoque circum-
specto iudicio, MORIENS etiam
Romanus, ut in Chemistis, ita in nu-
gatoribus non infimum locum obti-
neat. Sed heus tu, nobis ignotæ sunt
istiusmodi rationes; atque equidem,
quod inter nos dicere liceat, nolim
tibi prius subscribere, quam abditum
ipsius Morieni sensum, quem, si diis
placet,

placet, pulcre calles, aperto sermone
ostendas; illiusque fallacias, experi-
mentorum, aut argumentorum viri-
bus conuincas. Si hoc præstiteris,
meritissimo certe, nobisque appro-
bantibus eum rideas: sin minus, tu
quidem, quantum coniectura augu-
ramur, sanitate eges; ac si me au-
dias, antequam morbus am-
plior fiat, Anticyras
nauigabis.



LIBER DE COMPOSI-
TIONE ALCHYMIAE, QVEM EDI-
dit Morienus Romanus, Calid Regi
Ægyptiorum: quem Robertus Ca-
strensis de Arabico in Latini-
num transtulit.

ROBERTI CASTREN-
SIS PRÆFATIO.

EGIMVS in historiis veterum autorum, tres fuisse philosophos, quorum unusquisque Hermes vocabatur. Primus autem illorum fuit Enoch, qui alio nomine Hermes, & alio nomine vocabatur Mercurius. Secundus vero fuit Noë, qui similiter alio nomine Hermes, & alio nomine Mercurius est nuncupatus. Eorum autem tertius, fuit Hermes, qui post diluvium in Ægypto regnauit, & eius regnum diu obtinuit. Iste autem a nostris antecesoribus dictus est Triplex, propter trinam virtutum collectionem, sibi videlicet a domino Deo attributam. Erat autem iste Rex & philosopbus & propheta. Iste vero fuit Hermes, qui post diluvium omnium artium & disciplinarum, tam liberalium, quam etiam mechanicarum, primus fuit inuendor & editor. Omnes namque qui post ipsum fuere, suo itinere incedere, & suis vestigiis inhærere nitebantur. Quid plura? longum esset nobis & etiam difficile, tanti

actam

P R A E F A T I O . 7

ac tam magni viri virtutum ornamenta & a-
etius, in memoriam ad præsens reducere. Cum &
hoc genus dicendi in huius libri diuini transla-
tione non suscepimus: nec etiam nostri ingenii te-
nuitas, aut studium vel scribendi ocium, nobis
ad hæc explicanda possint sufficere. Sed idcirco
eius nomen in huius libri prologo introduximus;
quoniam ille hunc librum primus inuenit & edi-
dit. Hic est namque liber diuinus, & totus diui-
nitate plenissimus. In eo enim duorum testamen-
torum (veteris scilicet & noui) continetur vera
probatio. Si quis namque in hoc libro multum
studuerit, & eum plenarie intellexerit, veritas
utriusque testamenti, necnon & utriusque vita
modus & sufficientia, illum latere non poterunt.
Hic est autem liber, qui nominatus est LIBER
DE COMPOSITIONE ALCHYMIÆ. Et
quoniam quid sit Alchymia, & quæ sit sua com-
positio, nondum fere nostra cognouit Latinitas,
in præsenti sermone posui istud verbū, licet igno-
tum & admirabile, ut sub diffinitione clarescat.
Hermes vero, & alii qui post ipsum fuere, hoc vo-
cabulum ita diffiniunt, ut in libro De substantia-
rum mutatione. Alchymia, est substantia cor- Quid sit
porea ex uno, & per unum composita sim- Alchymia.
pliciter, preciosiora ad inuicem per cognationem & effectum coniungens, & eadem
naturali commixtione, in genus melioris na-
turaliter conuertens. In sequentibus vero hoc
quod diximus, explanabitur, ubi & de eius com-
positione ad plenum tractabitur. Sed nos, licet in

8 R O B . C A S T . P R Æ F A T .

nobis tenuerit ingenium, & Latinitas permodica, hoc tamen tantum ac tam magnum opus ad transferendum de Arabico in Latinum suscepimus. Vnde & de singulari gratia nobis a Deo inter modernos collata, summo illi Deo viuo, qui trinus exstat & unus, grates referimus. Nomen autem meum in principio prologi taceri non placuit, ne aliquis hunc nostrum laborem sibi assumeret, & etiam eius laudem & meritum sibi quasi proprium vendicaret. Quid amplius? humilis omnes rogo & obsecro, ne quis nostrorum erga meum nomen mentis liuore (quod saepe multis consuevit) tabescat. Scit namque Deus omnium cui suam conferat gratiam; & spiritus ex gratia procedit, qui quos vult, inspirat. Merito igitur gaudere debemus, quum omnium creator & conditor omnibus quasi particularem suam monstrat diuinitatem;

Illa nos tota non
lateat.

MORIE-

MORIENI R^O
MANI EREMITÆ
Hierosolymitani,
SERMO.

 MNES Philosophiæ partes, mens Hermetis diuina plenariè attigit. Quum autem ille per annos multos in magisterii superioris inuentione & editione studuisset, tandem hoc magisterium inuenit primus & edidit, ac de eo librum composuit, quem sibimet proprium depautauit, & post suum obitum suis discipulis in hereditatem dereliquit. Post obitum vero illius, discipuli eius in hoc libro & eius præceptis, per multa tempora studuere, vt scilicet eius effectum adipisci possent. Postquam ergo suum consequuti sunt effectum, de eo varia & etiam innumerabilia dedere præcepta. Quod idcirco fecerunt, ne ipsi, qui post ipsos hanc adepti fuissent scientiam, eam quasi vulgarem insipientibus detegissent. Post multū verò temporis a passione D. nostri Iesu Christi, surrexit quidam homo diuinus, donis spiritualibus prædictus, qui, quum in diuinitate permultum temporis studuisset, inter libros diuinos hūc librum inuenit. *Adfar A.* Fuit autem vir iste ab Alexandria oriundus, *Alexandri-* *vnde suo nomine *Adfar Alexandrinus* vo-* *nus.*

10 MORIENI ROM. LIB.

cabatur. Hic vero, postquam librum præfatum inuenit, mente peruigili atque industria in eo studere non desinebat. Postquam vero in eo studuisse diu, eius effectum atq; scientiam ad plenum est adeptus. Ex hac igitur scientia vir iste diuinus multa, varia, & innumerabilia dedit præcepta. Quæ, quum sub suo nomine per vniuersas nostræ regionis partes diuulgata fuissent, mihi tunc temporis in urbe Roma moranti, huius viri nominis & illius scientiæ fama quasi volando peruenit. Nam in eo tempore fui ego Romæ (unde & ortus fueram) constitutus. Eram autem tunc iuuenis, cuius videlicet mentum prima lanugo nondum obduxerat, studens scilicet, & doctrina Christianus a primo æta. tis gradu ab utroque parente effectus, cui etiam se tota iam Latinitas detexerat. Audito ergo huius viri nomine & fama, parentes & patriam simul festinus deserui, nec quieti nimiae meos artus exhibui, quo usque Alexandriam deuenisse. Ingressus vero sum ciuitatem, ac tam diu per vicos & calles nouus hospes incessi, donec huius viri domum inuenisse: tandem vero illius domum inueni, & eam ingressus sum; quam quum ingressus fuisset, hunc virum in suo oratorio sedentem, & in suis libris studentem inueni. At ille postquam oculos suos in me defixit, intuens me, ait, Amice, huc accede. Accessi autem ad illum, & iuxta eum super stramen-
tum

D E T R A N S F I G . M E T A L . II

tum, quod ibi fuerat appositum, consedi. Erat vir iam multum ætate decrepitus, sed adhuc vultu strenuus, & facie & statura corporis decorus. Nam & eius vultus omnia quæ in illius mente latebant, se diligenter intuentibus indicabat. Postquam autem confabulati sumus, quæsiuit ille quo nomine nuncuparer, & vnde essem oriundus, & quæ meæ viæ caussa existisset. At ego respondi, & illi dixi; Ego M O R I E N V S vocor, natione Romanus; quem videlicet tui nominis & scientiæ fama, de parentibus & patria discedere coëgit. At ille subiunxit; Quænam est fides tua, aut cuius deorum cultor existis? At ego respondi; Fidem meam Christianam profiteor: nam Christi sum cultor, & illum Deum trinum & vnum adoro. Postea dixit Adfar; Bonum est autem te me inuenisse, & adhuc me homine mundano septū inuenisse. Propalabo namq; tibi totius diuinitatis secreta, quæ ferè omnibus hactenus detegere recusavi. Tu vero mihi totis mêtis tuæ viribus intentus adesto: nam & ego te faciâ totius meæ disciplinæ filium. His igitur altrinsecus dictis, nimio gaudio sum gauisus. Quid plura? Longū esset nobis in huius operis institutis, singula, de quibus adinuicem tractauimus, enumerare & dicere. Remansi tandem cū illo, & me illi in tantū amabilem exhibui, q; ille mihi totius diuinitatis secreta detexit. Postea mor tuº est Adfar: Et ego post eius obitū, post dies paucos, ab Alexandria recessi & Hierosoly-

mam deueni, in cuius etiam finibus mihi eremum elegi; in quo vitam meæ fidei & professioni habilem ducere potuisse. Ante vero non multis annis surrexit quidam rex in Ægypto, nomine *Macoya*. Hic autem genuit filium, nomine *Gezid*, qui post mortem sui patris in Ægypto regnauit, & illius regnum obtinuit. Gezid autem genuit filium nomine *Calid*, qui post mortem sui patris, diu in Ægypto regnauit. Fuit autem Rex iste sapiens & prudens vir, & in omni scientia perspicuus: dilgebat enim multum sapientes & philosophos, propter disciplinam communem, sed maxime propter huius libri scientiam. Iste vero non sinebat incessanter per provincias notas, ac ignotas inquirere, si aliquem inuenisset, qui sibi huius libri documenta reuelare potuisset. Hoc igitur amore compulsus, multos sapientum & philosophorum secum retinebat, qui huius libri magisterium se scire professi essent, cum penitus ignorarent. Hos quoque multis & maximis ditabat donis, in eorum verbis diu confisus. Me itaque die quadam in eremo existente, fama huius regis mihi a quodam peregrino delata est: quam quum audissem, eremum dimisi, & quam citius potui, ad suæ regionis fines transmeauit: non scilicet ut ab eo diuitias, seu dona inquirerem, sed ut dilectum donis specialibus instruerem. Postquam vero suos fines sum ingressus,

Calid Rex.

gressus, loca quamplurima eundo lustraui, & tandem regem inueni. Quem cum inuenissem, & de quibusdam secum contulisset, inueni illum magnæ sapientiæ virum, & omnium virtutum ornamento prudentissimum. Dixi ergo ad illum, O bone Rex, Deus te ad melius conuertat. Volo autem ut iuberas mihi domum, & meo magisterio habilem præparari. Iussit ergo Rex mihi domum præparari, & ad meum libitum ornari. Introiui autem hanc domum, neque ab illa exiui, donec totum compleui magisterium; & completum in domo apposui, & circa vas, in quo fuerat positum, hæc verba depinxi:

OMNES AVTEM QVI SECVM OMNIA HABENT, ALIENO AVXILIO NVLLATENVS INDIGENT. Postquam hæc scripsi verba, ab urbe, & omni ipsa regione clam discessi, & ad meum eremum sum regressus. Postea vero Rex domum, quam ego dimiseram, est ingressus, & magisteriū perfectum, ut illud dimiseram, inuenit. Quod cum magis ac magis diligentius intueretur, vidit verba, quæ circum vas scripta dimiseram: quibus perlectis, ac bene intellectis, illico me absentem defleuit, & omnibus, quos huius magisterii causa per multos annos secum retinuerat, iussit capita amputari. Dixit postea *Galip mancipium* & Rex, Aduocate *fidelis serlem*. Erat autem Galip suus captiuus, quem *unus Calisibi* suus pater Gezid ante eius obitum, ob

Galip man-

cipium &

fidelis ser-

lem.

unus Cali-

sibi

dis.

sui fidelitatem dederat. Confidebat autem in eo Rex multum, qui dixit ei, O Galip serue mi, nescio quid mihi amodo sit agendum. Dixit autem Galip ad regem: Domine mi, Deus prouidebit quid deinceps simus actuari. Tristatus est autem rex multum, & ultraquam credatur die ac nocte condoluit. Factum est autem deinde post annos aliquot,

*Quæ ha- dum rex quadam die ad locum, qui dicitur
Etenuis nar- Dirmaram, venandi studio exiret, quod Ga-
rata sunt, lip captiuus, hominem quendam in solitu-
in altero dinibus errantem inuenisset. Interrogauit
exemplari eum, & dixit ei; Amice quis nam es tu, aut
incerti in- vnde venis, vel quo vadis? At ille homo re-
interpretiso- spondit; Ego Hierosolymitanus sum: nam
missa de- ego in Hierusalem natus sum, & per multos
prehendi- annos in montibus Hierosolymitanis cum
mus. quodam eremita conuersatus sum: me au-
tem ibi morante, audiui quomodo Rex Calid
incessanter perquireret, qui sibi magisterium
Hermetis demonstraret. Postquam autem
hoc de rege audiui, mox a mea patria discessi,
ut & hoc Regi Calid nuntiassem. Scio enim
hominem in hoc magisterio doctissimum,
quem Regi demonstrare valde desidero.
Tunc ait Galip: Tace frater, tace, hucusque
tibi dixisse sufficiat. Malo autem te viuere
quam mori: nam multi ad regem venerunt,
qui hoc magisterium se scire profitebantur,
qui cum ad suæ professionis exitum perue-
nire non potuissent, a rege interfecti sunt.*

Timeo

DE TRANSFIG. METAL. 15

Timeo ergo & tu si cū huiusmodi sermone
in conspectu regis adstiteris, ne interficiaris.
Tunc homo ille ait; Noli timere hoc ; sed in
conspectu regis me venire ne differas. Galip
igitur dicit, hoc mihi iam placet , sed caue ne
moriaris. Adduxit ergo Galip hunc homi-
nem, & statuit eum coram rege, & ait: O bo-
ne rex, ecce homo qui mori non metuit. Ut
ergo rex suos oculos in eum defixit , intuens
illum ait, Quis nam es tu? At ille respondens
ait , Hierosolymitanus sum ; qui quum in
montibus cum quodam eremita conuersa-
tus fuisssem , audiui a multis tui nominis &
bonitatis famam, & quomodo tu indefinen-
ter quæras sapientes & doctos, qui videlicet
magisterium Hermetis senis tibi ostendis-
sent. Veni ergo ad te, ô bone rex, & vt tu meis
acquiescas consiliis , & tui desiderii compos-
efficiaris. Scio namque virum in montibus
Hierosolymitanis habitantem, cui omnis sa-
pientia a domino Deo reuelata est. Nam
in sua fide firmissimus à Deo & hominibus
iudicatur. Die namque quadam, quum in suo
eremo de rebus quamplurimis tentaremus,
contigit casu quod mihi diceret , se hoc ma-
gisterium posse perficere. Quo audito, quum
in sua veritate saepius mihi cognita confisus,
tum ex hoc quod in omni anno multa auri &
argenti pondera , vti ego saepius videram , ad
Hierusalem ciuitatem transmittebat, sui ser-
mone certissimus mecum saepius confere-

bam; quod si ego in conspectu tuo assisterem, multis me ac magnis ditares donis, & numquam a tua gratia me separares. Tunc rex ait: Quis est huiusmodi sermo, quem tu dicis? aut quæ mens integra hucusque te venire persuasit? Nescis stultissime, nescis quot & quales propter huiusmodi sermonem a me interfecti sunt. Sed & si ea quæ tu dicis (quod non opinor) vera fuissent, & multis tu ditareris donis, & numquam a mea gratia amodo separareris. Nam si vera non fuerint, maximum scias te subire tormentum. Tunc homo ille ait, O bone rex, utroque tui promisso sum placatus: tu tamen meis acquiescas consiliis. Item rex ait, O homo, de qualitate huiusmodi viri, & eius habitu mecum pauca conferas: venit namque ad me annis præteritis vir quidam, qui, ut verum tibi confitear, mihi hoc magisterium perfecit: qui cum perfecisset, rem effectam, sed non eius scientiam mihi dimisit, & clam secessit & abiit. Tunc homo ille ait: Vir iste nimis est ætate decrepitus, statura magnus, vultu & facie præclarus, moribus ornatus, cuius etiam vita & habitus Deo non displicant: est enim in montibus Hierosolymitanis eremita. Sed etsi nomen eius multum scire desideras, Morienus Romanus, senex eremita nominatur. Tunc conuersus Rex ad suum seruum Galip, dicit: hic verè est homo ille, de quo haec tenus tecum condolui. Dixit autem

tem Galip: O bone Rex, ita est, vt ego existimo. Gauisus est rex multum, & vltra quam credi potest, hunc hominem benignius accepit. Iussit ergo rex huic homini dona dari quamplurima, & in simul maiora ei promisit. Hæc est igitur historia Morieni Romani: quomodo scilicet ipse magisterium Hermetis est adeptus.

INCIPIT SERMO GAI
LIP SERVI ET CAPTIVI RE-
gis Calid, filii Gezid, filii
Macoya.

*Hic abru-
pto eiusdē
narratio-
nis contex-
tu, inepte
sub alia
persona*

DIXIT Galip captiuus: Post paucos quidem dies postquam hæc ab eo homine regi nunciata fuissent, venit hic homo & stetit coram rege, & ait: O rex bone, Deus ad bonum te conuertat. Nolo autem ut ea quæ tibi promisimus diutius differamus. Aduoca ergo omnes tuos homines natu meliores, & ex eis mihi aliquos accommoda, qui mecum vadant & mecum simul reuertantur: grandis enim nobis restat via. At rex vultu placido illum intuens, ait, Bene dicis: fiat. Tunc iussit me rex festinanter coram se aduocari: qui quum coram se stetissem, dixit, ô Galip serue bone, congrega omnes meos natu meliores tecum, & ex illis quot & quales huic homini placuerint, elige, qui videlicet vobiscum simul vadant & reuertantur: nam ille dixit,

grandis nobis restat via. Feci igitur iuxta quod rex præceperat: & post paucos dies iter nostrum incepimus. Hierusalē quidem iter incepimus, & per multa loca inuia & deserta eundo, multos dies consumpsimus, & tandem Hierosolymam deuenimus. Qui quum in solitudinibus montium errando fatigaremur, inuenimus eremum in quo Morienus Romanus Senex eremita vitam suam ducebat. Quem quum ingrederemur, inuenimus ibi quendam virum senem, statura longum, in corpore macrum, vultu & facie præclarum; de cuius etiam situ & habitu, multum sumus admirati. Eius namque tota cutis ab asperitate cilicii, quo erat indutus, rugosa exsistebat. Tunc dixit nobis homo ille qui nos secum huc adduxerat: O socii, hic est Morienus Romanus Senex eremita. At ego dum magis ac magis illum diligentius intuerer, eum illico agnoui: quo agnito, illum ex parte regis Calid salutaui. Cuius auditonome, vir bonus subrisit, & nos proprius iussit accedere. Gauisi sumus ergo, & læti cum eo consedimus. Interrogauit autem nos vir Dei, & de statu nostri regis, & de statu regni. quæ quum illi nuntiarem, viæ nostræ cauſam sibi propalaui. At ille ad se conuersus, ait: multum gaudeo filii, quoniam me inuenistis. Ibo enim vobiscum: vt & Rex Calid me diu exoptatum videat, & quæ sit mira creatoris potentia à me recognoscatur.

Post-

Postquam igitur per dies aliquot artus nostros labore itineris fatigatos recreauimus, redeuntes iter incepimus, & in nostram patriam regressi sumus. Qui quum coram rege venissemus, vidi rex virum Dei: quem quum vidisset, illico eum cognouit, & me recipiens, ait; O Galip serue bone, hic est vere vir propter quem tecum diu condolui. Volo autem ut ea quæ vobis in itinere obuiauerunt, mihi protinus edifferas. At ego totam rem a suo principio sibi ordine digessi. Agnouit ergo Rex virum Dei, quem adduximus, & eū iuxta se sedere fecit, & dixit ei: O senex, ego volo ut tu nomen tuum mihi dicas, & tuæ professionis modum pandas: non enim in altera vice licuit hæc omnia a te inquirere. De tuis namque verbis adhuc diffidebam. Tunc vir Dei respondit; Ego Morienus Romanns vocor. Mea autem professio, fidei Christianæ est. Mea quoq; religio & habitus, sunt eremitæ. Tunc Rex ait; O Moriene, quot transierunt anni, postquam vitam & habitum eremitæ elegisti? At ille respondit: Post quatuor quidem a morte * Herculis Regis eremita incedo. Placatus est igitur multum Rex super huius viri prudentiā, & eius humilitatem, & eius patientiam, & verecundiam ac venustatem. Non enim erat ille lingua verbosus, aut mente elatus: erat autem humilis, prudens, & benevolus, ut talem esse decebat. Postea dixit Rex; O Moriene, nōne esset tibi

*Dialogus
Calidis &
Morieni.*

* al. *Hir-*
cal.
Religio &
natura
Morieni.

melius cum conuentibus qui Deum orant, in ecclesiis consistere, quam solus in montibus & eorum solitudinibus habitare? At Morienus dixit; Bene habeas mi Rex: Bonum quod nunc habeo, & in futuro exspecto, ex Deo est, & in eius manu collocatum. Ipse autem quod velit, faciat. Nec ego dubito, quin mihi inter conuentus, & cœtus maior inueniatur requies, & in solitudinibus, & montibus labor; sed nemo metit, nisi qui seminat; & quod seminauerit, hoc etiam metet. Spero itaque quod diuinitatis bonitas, in vita huius mundi me non derelinquit: nam requiei aditus nimis est coarctatus, neque ad illam quisquam potest ingredi, nisi per animæ afflictionem. Dixit ergo Rex; Omnia quidem quæ dicis, indubitanter vera sunt: * Sed quæ ex fideli procedunt animo, falsa videntur. Hoc autem dicebat Rex, quoniam adhuc cultor idolorum erat. Respondit autem Morienus: Si ea quæ profero, tu vera esse concedis, animum, a quo illa procedunt, te verum esse & veridicum concedere necesse est. Nam ex veris, & vera procedunt; & ex falsis, falsa; ex æternis, æterna; ex transitoriis, transitoria; ex bonis bona; & ex malis, mala. Dixit itaque Rex: O Moriene, multa quidem mihi de te & tua constancia, & tua fide, sunt relata: vnde vehementer admiror, cum & illa videam & audiam iam esse vera. Hæc itaque fuit cauſa, quare multum

* al. *fide
pectore in
Deo cre-
denti pro-
cederent.
hoc autem,
&c.*

tum & te videre, simulq; audire diu exoptaram. Volo namque ut inter quædam (de quibus erimus tractaturi) me quibusdam aliis quasi documentis instruas, simulque edoceras. Tunc dixit illi Morienus: O Rex, omnipotens Deus te ad melius conuertat: nam ego non sum de quo multum debeas admirari. Ex filiis Adæ vnuſ exſiſto. Omnes quidem ex vno proceſſiſmuſ, & iterum ad vnum, licet diuerſo tramite, reuertemur. Temporum quidem longa mutatio, hominem ſub tempore coniunctum confundit, & mutat. Nec ego adhuc intantum ſum mutatus, quod alii multi, qui ante me fuerunt, magis non mutantur. Ultimam autem mutationem, mors dira ſubſequitur; qua videlicet nulla pœna deterior iudicatur. Nam ante corporis & animæ coniunctionem, & poſt eorum diſſolutionem, pœna omni morte crudelior anima exſpectat. Sed & omnipo‐tens creator, qui omnia ex ſeipſo creat & for‐mat, ſemper ſit in noſtro auxilio. Tunc dixit illi Rex; O Moriene, ex hiſ quæ modo dice‐bas, video quod tu existimes me te velle de‐ridere. Iuxta ergo hanc opinionem, licet ſen‐nex & prudens videaris, potius es deriden‐dus quam laudandus. Poſthæc aduocauit me Rex, & dixit mihi: O Galip ſerue bone, vade & quare huic homini domum intus, ſcilicet & pulcram, & multo ornamen‐to ornatam, ſitque vicina palatio: ſimul quæras & homi‐

nem suæ fidei professorem, doctum scilicet & senem, ac moribus ornatum, cuius dictis & monitu consoletur, & eius animus in pace resideat. Video enim illum quasi deterritum, & in me minime confidentem.

Feci igitur iuxta quod Rex mihi præcepit. Rex vero ad eum quotidie veniebat, & cum illo per horas aliquot residuebat. Alloquebatur enim illum & confortabat; nihil tamen de suo magisterio eum interrogabat. Postquam autem inter illos magna notitia creuit, & amor, Morienus se Regi multum credidit, & in eo confidit. Interrogabat autem Rex, de Romanorum legibus, & utrum secundum temporis crementum, eorum leges mutarentur: de Regum, & consulium consuetudine, nec non & Græcorum historiis simul interrogabat. Et Morienus in his omnibus illi decenter respondebat. Dilexit igitur Rex Morienum, intantum, inquantum antea neminem dilexerat. Factum est igitur, dum quadam die, in unum fabularentur, quod Rex Morieno diceret, O senex sapientissime omnium, Scito quod ego diu a multis quæsiui magisterium Hermetis, sed neminem hactenus inuenire potui, qui rem eius veram mihi panderet. Ob hoc igitur in altera vice, quando tua nostris finibus clam cessisti, postquam literas, quas circa vas, in quo positum fuerat magisterium, scripseras, legissem, & earum intellectum accepissem,

omni-

omnibus, quos propter hanc scientiam mecum per annos multos retinueram, illico iussi capita amputari. Rogo igitur te ô senex bone, & omnium sapientissime, quatenus eius rationem veram, atque eius speciem, & substantiam mihi edisferas, ut mea diuturna expectatio, gaudeter per te compleatur. Quod quidem si feceris, & me ipsum: & omnia quæ mecum possideo, acquires; & si libuerit, in tuam patriam, vñā reuertemur. Nolo enim amodo te in me quoquomodo dubitare, neque tuo animo, vllum timorem ex vlla opinione conferas. Tunc Morienus respondit: O bone Rex & sapiens, Deus te conuerat ad melius. Nunc autem bene intelligo quapropter ad me misisti; indigebas enim me multum; & idcirco misisti. Ego autem ad te gaudenter adueni, vt & te hoc magisterium edoceam, & quæ sit mira Dei virtus, manifeste demonstrem. Timorem autem, de quo paulo ante dicebas, non timeo, nec de te hactenus despero. Omnis enim qui timuerit, in veritate non est perfectus. Et maximè sapientem timere aliquid non decet. Nam si timuerit, cito desperabit: Quod si desperauerit, eius animus vacillabit; nec vllatenus suę intentionis consequetur effectum. Et quoniam iam nunc intelligo te me nimio amore amplecti, videoque te multum in tua inquisitione seuerum moribus esse, & actu pius, & patientem, nō decet me diutius hoc

magisterium tibi recondere, vel celare. Iam nunc ad tuum propositum, & tuam longam inquisitionem, facilius omnium peruenisti. Sit nomen Domini, per secula seculorum benedictum. Ad hæc ergo subrisit Rex, & ait: Nunc vero scio, quod omnis homo cui non præest patientia, festinatione crudeli confunditur. Festinatio enim ex parte Diaboli est. Ego autem * sum nepos Machoya, & filius Regis Gezid. Et non est aliqua fortitudo, nisi cum summo Deo, qui unus est altissimus. Dixit autem Morienus: O bone Rex, Deus ad melius te conuertat. Esto modo ad iudicium huius magisterii, & scies illud bene, & intelliges. In illius vero introitu, & exitu, multum studere memento: quoniam omnia que illi pertinent annuente Domino, facilius consequeris.

* al. sum filius Motay. Sed ante tamen scriptū est hunc Gesid fuisse filium illius Machoya, sive Motay, & patrem Cagliidis.

Donum
Dei.

Hæc enim res, quam iamdiu quæsiuisti, per vim aut iram non accipitur, nec perpetratur. Accipitur enim per patientiam, & humilitatem, & amorem certum, ac perfectissimum: Confert enim Deus hanc diuinam, & puram scientiam, suis fidelibus & seruis: illis scilicet, quibus eam a primæua rerum natura conferre disposuit, sua mirabili fortitudine. Quæ quum alicui ex suis fidelibus collata fuerit, decet ipsum prius præuidere, cui postea eam committat & detegat. Nam hæc res nihil iudicari, nisi donum Dei altissimi potest: qui prout vult, & etiam cui vult, ex suis

ex suis seruis & fidelibus illud committit, & monstrat. Decet igitur eos, quibus hoc donum committitur, omnipotenti Deo esse in omnibus humiles, & omni no subiectos. Tunc Rex ait: nos quidem vere scimus & cognoscimus, quoniam nulla est rerum perfectio, absque diuinitatis auxilio, & eius demonstratione. Ipse enim est altissimus & impermutabilis. Postea aduocauit me Rex, & mihi dixit: O Galip serue bone, sede cito, & tuo stilo omnia, de quibus amodo ad inuicem tractabimus, memoriae commenda. Tunc dixit Morienus: Omnipotens dominus, & omnium creator, ex omnipotentia sua seruos impotentes creauit; quoniam ipsi nequeunt eius ordinem transmutare; id est, nequeunt postponere ea, quæ ipse præponit, aut præponere ea quæ ipse postponit. Nec est aliquid scire possibile illis, nisi per illius demonstrationem; nec etiam aliquid consequi poterunt, nisi ille eos consequi illud præjudicauerit: nec quicquam retinere valebit, nisi per fortitudinem a summo Deo sibi diuinitus collatam. Sed & (vnde magis est admirandum) animos suos etiam ipsi regere non possunt diutius, nisi usque ad terminum, qui a Deo super eos constitutus est. Præponit enim dominus ex suis seruis quos vult, & eligit, ut hanc scientiam diuinam a Deo sibi delatam querant, & quæsitam secum retineant.

*Obscuri-
tatis causa.*

Hæc enim scientia est, quæ dominum suum abstrahit ab huius mundi miseria, & ad scientiam bonorum futurorum reducit. In temporibus verò præteritis, semper vnum post alium hanc sapientiam sibi hereditabant; & post ista scientia fere fuit annulata. Sed libri multi veterum diuinorum remanserunt, in quibus illa continetur tota vera, & sine mendacio; nec tamen quisq; inueniebatur, qui videlicet ipsam tunc ad effectum perduceret: propter nomina multa & diuersa, quæ rebus ei attinentibus à sapientibus antiquioribus iamdudum fuerant imposita. Sed ego huius rei veritatem, vt olim tu cognouisti, perfecte retineo. Nostri quidem antecessores, huius magisterii nomina multiplicata & variata tradebant, grauissimis scientiis circumiecta; sed omnia tamen veridica & saepius comprobata. Quod totum egisse arbitramur, propter stultorum insipientiam; vt dicta sua non intelligerent, nisi qui tali & tanto magisterio digni iudicarentur. Si quis ergo eorum dicta inuenerit, in illis diligenter studeat, donec ea recto modo intelligat. Non enim decet quemquam, se ab hoc magisterio retrahere; sed debet suam fidem, & suam spem in Deo altissimo firmiter configere, & illum incessanter ad hoc efflagitare, quatenus istud diuinum & admirabile opus possit perpetrare. Similiter Deum omnipotentem, & eius auxilium implorare,

vt eum

vt eum Deus ad res meliores pulchriori modo conuertat , & faciat illum huius magisterii scientiam super lineam rectam , absque omni deuiatione , feliciter adipisci . Tunc rex ait , iam si libet , ô Moriene , hæc dicta atque mandata dici sufficient . Ego enim illa bene retineo , & retenta pro posse obseruabo ; & maxime quum tu senex & sapiens , hoc magisterium mihi propalare non negligas . Explanata igitur mihi hoc quod diu exopto , explanatione facilima : ne eius studii grauitas in hac re me diu confundat . In primis igitur ab eius exordio mihi eam edifferas & dicas , vt omnis ordo præposterus , procul a nostra disputatione abiiciatur . Ad hæc Morienus respondit : Rem quidem ex ordine digestam tibi edicam : tu vero ea quæ velis amodo inquirere non differas .

INCIPIVNT INTERROGATIONES REGIS CALID,
& responsiones Morieni , de omnibus ,
de quibus tota efficacia magistri
Hermetis constare
comprobatur .

CALID Rex : O Moriene , primum quæ-
rere libet , quæ & qualis sit huiusmodi rei
principalis substantia & materia ; & vtrum
multæ aut plures sint , aut ex vna tantum-
modo conficiatur . MORIENVS . Omnis

28 MORIENI ROM. LIB.

autem res, usque dum per suum effectum di-
gnoscatur, multorum testimonio verior:
comprobatur. Sed antequam antiquiorate-
stima tibi in praesens educam, hoc quod
nos de eius principali substantia & materia
sæpe comprobauimus, explicabo. Si autem
ea quæ tibi dixero, & testimonia antiquo-
rum recte inspexeris, bene aperte cogno-
sces, nos omnes in uno conuenire, & omnia
quæ dicimus, vera proferre. Quod igitur in-
terrogasti, sic accipe: Huius rei prima &
principalis substantia & materia est una, &
de ea est unum, & cum ea sit, neque aliquid
sibi additur vel minuitur. Ecce iam habes
quod interrogasti. Nunc vero testimonia
antiquorum tibi educam, ut omnes in unum
concordare iudicemur. HERCVLES vero
quidam Rex sapiens & Philosophus, quem
a quibusdam suorum interrogaretur, dixit:
Hoc autem magisterium ex una primum ra-
dice procedit, quæ postmodum in plures res
expanditur, & iterum ad unum reuertitur:
Et scito fore necesse recipere aërem. A R-

* al. Arsi-
tanus.

SICANVS * quoq; philosophus ait, quatuor
autem elementa, id est, calor, frigus, humi-
ditas, & siccitas ex uno fonte procedunt, &
eorum quædam ex iisdem conficiuntur. Ex
his vero quatuor, quædam sunt quasi radi-
ces; & quædam quasi ex his radicibus com-
posita. Quæ vero sunt radices, sunt aqua &
ignis; quæ vero ex his composita, terra & aer.

Item

DE TRANSFIG. METAL. 29

Item ARSICANVS * ad MARIAM. No- * al. Arsi-
stra, inquit, aqua * super nostram terram ha- tanus.
bet superamen, quæ est magna *, lucida, & * al. Azone
pura. Nam & de grossitie aquæ terra con- * al. magis
creatur. HERMES * quoque ait: TERRA * al. Et di-
est mater elementorum: de terra procedunt, *xit alius, id*
& ad terram reuertuntur. Hermes iterum *est, Moyses,*
ait: Quomodo omnia ex vno procedunt, sic *quod o-*
meum magisterium ex vna fit substantia, & mnia de
materia. Et quomodo elementa quatuor, in *terra pro-*
corpore humano continentur, sic Deus cre- cedunt, &
aut illa sita & distincta, & coniuncta; colle- ad eam re-
cta quoq; ac per totum corpus diffusa: quo- uertuntur,
niam vnum corpus illa coniungit, & in v- & dixit
num retinet, & tamen vnumquodque illo- Hermes.
rum efficit opus ab opere alterius dissimile. *Sicut o-*
Et licet in vno sint corpore, tamen diuersum *mnia ex*
habent colorem & diuersum dominium. *vno, &c.*
Eodem igitur modo de hoc magisterio in-
telligentum est. Multa quoque huiusmodi
testimonia, philosophi de hoc magisterio di-
xere: quorum quædam in sequentibus dice-
mus. REX CALID. Quo modo, & qua ra-
tione fieri potest, quod huius magisterii vna
sit radix, & vna substantia, & vna materia,
quum apud Philosophos eius radicis nomi-
na multa, & multiplicata inueniantur? MO-
RIENS. Multiplicata quidem sunt eius ra-
dicis nomina, sed si ea quæ supradicta sunt,
recto ordine inspexeris, vnam eius radicem
& substantiam & materiam inuenies. Quod

30 MORIENI ROM. LIB.

vt facilius accipias, adhuc quædam antiquorum testimonia tibi referabo. REX CALID. Perfice, mihi narrando huius operis magistrum. MORIENS. Hercules *quidem adl quosdam discipulorum dixit: Lapillus autem dactyli, ex palma nutritur *, & palma ex suo lapillo, ex cuius etiam radice plurimi Ramuli concrescunt, qui suum numerum multiplicant & augent propter eam. HERMES autem ait: Respice Rubeum completum, & Rubeum a sua rubidine diminutum, omnemque rubedinem: Considera quoque citrinum completum, & citrinum a sua citrinitate diminutum, omnemque citrinitatem; & nigrum quoque completum, & nigrum a sua nigredine diminutum, omnemque nigredinem. Similiter spica ex grano procedit, & multi Ramuli ex vna arbore excunt, licet arbor a suo germine ortum assumat. Quidam quoque homo sapiens, qui propter Deum, totum mundum dimiserat, exemplum consimile nobis adducit. Ait enim; Prima hominis creatio, est sperma; & devno grano centum grana procreantur, & de germine magna concrescit arbor; & de vno homine similiter mulier extrahitur, ex quibus saepe multi filii & filiae in colore & aspetto, vel apparentia nascuntur dissimiles. Iterum idem sapiens dicit: Considera sartorem, qui scilicet vestes suere consueuit, quoniam de panno interulam, siue vestem quam-

* al. Herbel.

* al. pro-
creatur.

quamlibet aliam componit , cuius scilicet partes , diuersa nomina sortiuntur , quæ etiam si naturaliter considerentur, ex ipso panno formatæ inuenientur. Nam thorale , & manicæ , & girones , licet , quantum ad vestis partes , diuersa habeant nomina , tamen principalis eorum materia est pannus. Nam & de ipso panno fila , quibus partes ipsius vestis in vnum iungantur , extrahuntur ; non quod ipse pannus alio a se diuerso ad hoc indigeat. Simili igitur modo , hoc magisterium est vnum per se existens , nec alio indigeret. Quoniam apud philosophos hoc magisterium est tectum & absconsum , & ubicumq; fuerit , mille nominibus nominatum. Est etiam sigillatum , neque nisi sapientibus apertum : quoniam sapientes hoc magisterium multum quærunt , & quæsitum inueniunt , & inuentum simul amant & ornant: Stulti vero eum derident , & apud illos prominimo ; aut , quod verius , pro nihilo reputatur. Ignorant enim quid hoc sit : & hæc multa nomina sunt illa , quæ sapientes nominauerunt in libris suis , quorum vnum est sperma , quod quando vertitur , in sanguinem mutatur : ac demum coagulatur , & fit quasi frustum carnis commixtum , & tali modo fit , donec vna altera creatura succedente hominem fieri necesse est. Ex his quoque nominibus , est aliquod nomen , vt est palma , quemadmodum ex colore pomorum

cius, atque ex colore naturarum eius, antequam ad suam perfectionem perueniant. Aliud quoque nomen est, vt arbor malorum granatorum; & veluti triticum, & lac, atque alia nomina quamplurima, quorum omnium est vna radix: sed secundum diuersos effectus, diuersos colores, diuersas naturas, nomina multa atque diuersa, ipsi rei imponunt, vt HERIZARTEM * ait philosophus, Ego veritatem dico, quod nihil aliud huius magisterii actores in errores detrusit, nisi varietas & eius nominum multitudo: Sed si quis recte cognouerit, quod haec nomina non sunt nisi colores in coniunctione apparentes, in huius magisterii via non deuiabit.

R E X C A L I D. Multum autem intelligere desidero, vtrum isti colores, de quibus paulo ante dicebas, eos scilicet de uno in aliud mutari, in vna dispositione vel confectione, vell in duabus, seu pluribus sic mutentur. **M O R I E N V S.** In vna sola confectione vel specie, sic materia mutatur: Sed quanto magis ei ignis colorem innouat, tanto magis ei plura nomina imponuntur: vnde **D A V T I N** * philosophus ait ad **E V T I C E N**. Ego tibi ostendam, quod sapientes huius magisterii dispositiones vel confectiones alia de caussa non multiplicauerunt, nisi vt sapientes hoc magisterio instruerent, & insipientes penitus excæcarent. **Quoniam** hoc magisterium vnum nomen habet, & hoc proprium sibi depu-

*al. *Alrai-
fiem.*

*al. *Rosi-
nus ad En-
thesiā ait.*

deputatur: sic etiam vnam habet dispositio-
nem, atque etiam vnam viam linearem. &
hoc modo, licet sapientes eius nomina & sua
dicta mutarunt, tamen noluerunt nisi rem
vnam intelligere, & vnam viam, & vnam dis-
positionem. Sufficiat igitur tibi o bone Rex,
de huiusmodi hactenus inquirere ac per-
scrutari. Nam sapientes qui ante nos fue-
runt, multas nominauerunt confectiones, &
multa pondera & multos colores; & sic su-
per vulgus dicta sua allegorizauerunt: neque
tamen sunt mentiti, sed loquuti sunt secun-
dum quod eis bonum videbatur, & secun-
dum quod ad inuicem intelligebant, ut etiam
hoc alios lateret. REX CALID. De eius na-
tura atque substantia tibi iam dixisse sufficiat.
Nunc vero de eius colore mihi manifeste e-
differe: quia nolo ut sub allegoria aut simili-
tudine aliquid mecum inde conferas. M O-
R I E N V S. Mos autem erat sapientum, quod
suum assos de eo & cum eo semper faciebat. *Affos.*
Affos Arabice, alumnen interpretatur Latine.
Sed & hoc faciebant, ante quam aliquid cum
eo tingerent. O bone Rex, sufficiunt tibi hec
quæ ego profero: an ad antiquiora reuerte-
mur testimonia? Quod si exemplum desi-
deras, dicta DANTI philosophi sic accipe.
Ait enim; noster quidem LATO, quamuis
primum sit Rubeus, tamen est inutilis: sed si *al. *& pro*
post * Rubedinem in album vertatur, mul- *pter hoc*
tum valebit. Ob hoc itaque idem DANTI dixit Ro-

*sinus ad
Euthesia.
*al.feci-
mus albe-
dinem cum
sale & ana
tron.*

**Id est,
sal nature,
ut quidam
interpretata-*

*Maria so-
ror Moysis,
quam ali-
qui ferunt
inuenisse
balneum,
quod dici-
tur, Ma-
ria.*

dicit ad Euticem: O EUTICE ista restent sic firma & omnino bene credita: nam sapientes de hoc sic dixerūt. Iam abstulimus nigredinem & * cum sale & anatron, id est sale nitri, & almizadir, cuius complexio est frigida & sicca, fiximus albedinem: quare ei hoc nomen imponimus BORREZA, quod Arabice Tincar dicitur. Dictum autem DANTI philosophi, per dictū Hermetis comprobatur. Dicit autem HERMES: In primis est nigredo: postea cum sale anatron sequitur albedo, & in primis fuit Rubeū, & in vltimis album, & sic sua nigredo omnino aufertur, ac demum vertitur in ruborem lucidum & nimis clarum. MARIA quoque dicit: Quando auror Laton cū allzebric, id est, sulphure comburit, & mollices super eum funditur, ita ut feroor illius tollatur, tunc omnis eius obscuritas atque nigredo, ab illo aufertur, & sic in aurum purissimum conuertitur. Item Dauti philosophus ait: Si autem Laton cum sulphure comburatur, & mollices super eum frequenter fundatur, eius natura de bono in melius auxilio Dei conuertetur. Alius quoque dicit: Quando autem purum laton tamdiu decoquitur, donec veluti oculi piscium elucescat, eius vtilitas exspectanda erit. Et tunc scito, quod ille ad suam naturam atque colorem reuertetur. Et alias similiter dicit, quod quanto magis aliquid abluitur, tanto magis limpidius hoc & melius apparabit:

rebit: Quod si ablutum non fuerit, limpidum non apparebit, neque ad suum colorem revertetur. Et item Maria dicit: nihil est, quod a latone suam obscuritatem, vel suum posse auferre colorem. Sed Azoc * est quasi * *Idest, ut* suum tegumentum. Primum videlicet quando decoquitur: nam & eum colorat & al-^{quidam} inter-
bum reddit; ac iterum dominatur laton A-^{tur, ar. vi.}
zoc, id est, vinum, vel Rubeum reddit. Alius scilicet a-
quoque philosophus ait: Dicit enim quod *qualato-*
Azoc nequit substantialiter latoni suum au-^{nis.}
ferre colorem, vel eum mutare, nisi quan-
tum ad visum, seu laton ab Azoc, suam aufer-
re实质的 albedinem: quoniam inest ei
mirabilis fortitudo, quæ super omnes colo-
res appet. * Nam ex quo colores abluun-^{* al. Quæ}
tur, & sua nigredo atque immunditia aufer-^{facit omnes}
tur, ita quod album appareat, laton quidem ^{colores ap-}
Azoc dominatur, & eum reddit rubicun-^{parere.}
dum. DAVTIM quoque philosophus ait, * al. *Bau-*
quod omnis res, non est nisi de eo & cum eo: *sin.*
& quod omnis tinctura, a suo consimili pro-
cedit. Adarmath * similiter sapiens & phi-^{* Andar-}
losophus ait: *Quod omnia harum rerum mach.*
nomina, & earum similitudines, nulla alia
dicta ab antiquis negantur, neque varian-
tur, nisi ut vos intelligatis, quod huius rei
principium super suum finem testificatur, &
suum finis, super suum principium. Et vt scia-
tis quod hoc totum non est nisi una res, quæ
scil. habet patrem & matrem; & eius pater &

mater eam nutriunt, atque pascunt; non quod ipsa a suo patre aut matre aliquo modo differre possit. Euticen * quoque dicit: *Quomodo potest fieri, quod species a suo genere tingatur?* D A V T I N * quoque philosophus similiter dicit: *Vnde est quidem quod ex eo processit, & in eum reuertetur.* R E X C A L I D. Hactenus & de huiusmodi lapidis natura, & eius colore satis disputauimus: nunc vero de illius naturali compositione, & eius tactu, nec non & illius pondere & gustu, differamus. M O R I E N V S. Tactus autem huius lapidis, mollis est: & maior mollices est in eo, quam in suo corpore. Podus vero illius multum est graue; & eius gustus dulcissimus, & eius natura aërea *. R E X C A L I D. Quis est ergo suus odor ante & post suam confectionem? M O R I E N V S. Ante confectionem nimis est grauis & fætidus: & post confectionem iuxta hoc quod sapiens dicit. Ista quidem aqua a corpore mortuo & iam inanimato tollit odorem. Nam & eius odor est malus, & odori sepulcrorum assimilatur; vnde etiam ait sapiens: *Quicunque animam dealbauerit, & eam sursum ascende-re fecerit, & corpus bene custodierit, & ab eo omnem obscuritatem abstulerit, & odorem malum ab illo extraxerit, ipsam in cor-pus ponere poterit.* Et in hora coniunctio-nis maxima miracula apparebunt. Vnde qui-clam philosophorum, dum coram Maria simul

* al. Eu-
thesia.

* Bansin.

* al. aeris.

simul conuenissent, ad illam dixerunt: Beata es Maria, quoniam diuinum secretum occultum & semper ornatum tibi reuelatum est. REX CALID. Expone mihi naturas mutantes, * id est, quomodo id quod est inferius, ^{* al.} mutatus, superius, ascendit, & qua ratione; & hoc ^{tus.} quod superius, inferius descendit: & qualiter vnum eorum alteri coniungitur, ita quod ad inuicem misceantur. Quid etiā sit hoc quod ea faciat misceri: quomodo etiam veniat aqua benedicta, ipsa adaquare & rigare, & à suo odore fœtido mundare. Hic enim est odor, qui assimilatur odori sepulcrorum, in quibus etiam mortui sepeliuntur. MORIENVS. Ista quidem res est de qua merito nitet philosophus AZINABAM. * Ait enim ^{* al.} Marofizanbe, quibus nominibus potest hæc res *coni*. naturaliter appellari? At ille dicit, naturaliter ^{* al.} *vffi*, hæc res *vlphi*, * id est, animal appellatur. Et *tuffi*. postea fit eius odor suavis & bonus, nec remanet in eo quicquam obscuritatis, neque fœtoris. REX CALID. Hæc amodo de huiusmodi communi inquisitione nobis sufficiat. Nunc autem quærere libet, vtrum hæc res multum vilis, an cara inueniatur? Tu ergo inde mihi verum respondeas. MORIENVS. Vide quid dixerit sapiens, quod videlicet hoc magisterium ex una sola re fieri consuevit. Hoc igitur tuo animo adhibeas, & tecum inde conferas; neq; sit aliiquid quod tibi in hoc contradicat. Scito igitur

*al. Sul- tur quod sulphur *zarnet, id est, auripigmen-
 phur, & au tum cito comburitur, & a combustione cito
 ripigmen- consumitur: Sed Azoc diutius sustinet com-
 tum com- bustionem: Omnes enim species citius * i-
 buruntur, gni applicatae consumuntur. Quomodo er-
 & combu- go exspectabis bonum ab eo quod cito ab
 stione non ignis combustionē consumitur, & ab igne
 durāt diu: comburitur, & in carbonem redigitur? Hoc
 & a Zone etiam te scire conuenit, quod in illis neque
 semper diu gramen vel lapis huic magisterio conue-
 tius in com nit. Sed considera si poteris rem puram at-
 bustione que mundissimam recte dirigere; sin autem
 durat, &c. tua opera inefficax cesseret. Sapientes autem
 *al. cito. disposuerunt, & dixerunt, quod si hoc quod
 quæris in sterquilinio inuenieris, illud acci-
 pe: si vero in sterquilinio non inuenieris,
 tolle manum a marsupio. Omnis enim res
 quæ magno emitur precio, in huiusmodi
 artificio mendax, & inutilis reperitur. Hæc
 igitur expositio, in hoc loco tibi sufficiat.
 Sed caue ne in hoc magisterio quicquam
 expendas: quoniam postquam completum
 fuerit, expendio non indigebis. Vnde Dan-
 *al. Dau- ti * philosophus ait: Ego autem tibi com-
 fin. mendo, ne in specierum ponderibus quic-
 quam expendas, & maxime in auri magiste-
 rio. Item ait: quicumq; ad hoc magisterium
 aliud ab hoc lapide quæsiuerit, assimilabi-
 tur viro per scalam absque gradibus niten-
 ti ascendere; quod quum nequiuierit, su-
 per suam faciem pronus in terram decidit.

Rex

REX CALID. Hoc quod tu dicis est, ne
rarum, aut multum de eo inuenitur? M O-
RIENVS. Non est hoc nisi, sicut sapiens di-
cit, ad diuitem * scilicet & pauperem, & * Sed ad.
ad largum & ad auarum, euntem quoque &
sedentem. Nam hoc in viis proiicitur, & in
sterquiliniis suis calcatur, & multi iam in
sterquiliniis foderunt, vt hoc ab eis extrahe-
rent, & in hoc decepti sunt: Sed sapientes
ipsam rem cognouerunt, & eam rem vnam
sæpius probauere: quæ scilicet in se conti-
net quatuor elementa & illis dominatur.
REX CALID. Quo in loco, vel in qua mi-
nera quæritur hæc res, donec inueniatur? Ad * Al. Quæ
hoc Morienus obmutuit, & fronte demissa, *magis in te-*
diu cogitauit quid regi posset respondere: *fixa a Deo*
tandem erexit se, & dixit: O Rex verum tibi *creatur,* &
confiteor quod hæc res * diuino nutu in sua *ubique*
creatione magis configitur. Omnis enim *fueris sem-*
quia a Deo *creatur*, sine ea persistere non po- *per tecum*
test. **R**EX CALID. Explanandum est hoc *inseparata*
quod dixisti. M O R I E N V S ait: Discipuli *manet*: &
autem HERCVLIS * ipsum interrogauere *omnisa-*
runt & dixerunt: O bone magister, sapientes *Deo crea-*
qui ante nos fuerunt, libros de hoc magiste- *tus, a quo*
rio expositos, suis filiis & discipulis dimise- *hac res se-*
runt: Precamur te magister, quatenus huius *paratur*,
magisterii expositionem nobis non taceas, *statim mo-*
sed hoc quod ab antiquis quasi obscurum *ritur*.
relinquitur, nobis propalare non differas. * al. Her-
At ille dixit: O filii sapientiæ, scitote quod *Izel.*

40 MORIENI ROM. LIB.

Deus creator altissimus benedictus, mundum ex quatuor elementis dissimilibus creauit, posuitque hominem inter ipsa elementa maius ornamentum. REX CALID. Adiunge mihi adhuc super hoc (quod modo dixisti) explanationem. MORIENVS. Quid tibi multa referam? Haec enim res a te extrahitur: cuius etiam minera tu existis: apud te namque illam inueniunt, & ut verius confitear, a te accipiunt: quod quum probaueris, amor eius & dilectio in te augebitur. Et scias hoc verum & indubitate permanere. REX CALID. Nouisti ne umquam alium lapidem qui scilicet huic lapidi assimiletur, & cuius effectu & potentia, hoc idem possit perpetrari? MORIENVS. Non noui ego alium lapidem qui huic lapidi assimiletur, neque qui illius habeat effectum. In hoc enim lapide quatuor continentur elementa: assimilaturque mundo, & mundi compositioni: neque in mundo aliis lapis inuenitur qui huic assimiletur, in creatura scilicet vel natura. Quicumque igitur alium lapidem ad hoc magisterium quæsierit, eius opera omnino frustrabitur. Adhuc etiam est tibi aliquid addiscendum, scilicet huius magisterii principium. Nam & ego ab omni errore te auferram. Vide ergo ne hanc radicem prætereas, neque aliquando quæras eius mutationes: quoniam proficuum neq; bonum tibi quæsิตum poteris inuenire. Item te moneo, ut ea quæ

ea quæ dicta sunt superius, penitus obserues.

REX CALID. O Moriene, mihi modo e-
differe qualitatem huius dispositionis. Deus
enim in nostro iā erit auxilio. MORIENVS.
Ego eam tibi dicam, secundum quod ab an-
tiquis est mihi traditum: Bene enim inter-
rogas. In directione igitur huius confectionis,
has dispositionis partes in suo ordine ra-
tionabiliter constituas, & nullatenus præter-
mittas. Prima earum est coitus; secunda, est
conceptio; tertia, prægnatio; quarta, ortus;
quinta, nutrimentum. Si non fuerit igitur
coitus, non erit conceptio; & si non fuerit
conceptio, non erit prægnatio; & si non fue-
rit prægnatio, ortus ullo modo non sequetur.
Hæc enim huius dispositionis directio,
quæ scilicet hominis creationi assimilatur.
Omnipotens enim creator altissimus, ma-
gnus, cuius nomen semper sit benedictum,
creavit hominem, non ex partibus constitu-
tiuis, vt est domus, quæ ex suis partibus con-
stat constitutiuis: non enim res quæ ho-
mini esse constituat. Domus autem constat
ex suis partibus constitutiuis: vt est paries,
tectum, & fundamētum: hæc enim sunt par-
tes domus, & res inuentæ dicuntur. Homo
vero non sic constat; quoniam creatura est.
Nam & homo, ex quo mutatur eius effētia,
de re ad rem meliorem transire videtur; &
sic semper persistit homo in creatione, qui
a rebus inuentis multum distare videtur; &

sic procedit de die in diem , & de mensa in
mensam , usque dum creator altissimus ma-
gnus , suam compleat creaturam , in tempore
scilicet certo , in diebus diffinitis . Quia licet
quatuor elementa prius in spermate fuissent ,
creator tamen Deus , posuit illius tempus
diffinitum , in quo scilicet compleatur ; quod
quum finitum fuerit , firmantur , & ipsa . Ta-
lis enim est fortitudo & sapientia Dei altissimi . Scire etiam tibi conuenit , ô bone Rex ,
quod hoc magisterium nihil aliud est nisi ar-
canum & secretum secretorum Dei altissimi ,
& magni . Ipse enim hoc secretum suis
prophetis commendauit ; quorum scilicet
animas , in suo paradyso collocauit . Si au-
tem sapientes qui post illos fuerunt , suas ex-
positiones de qualitate vasis in quo confi-
citur non inuenissent , numquam ad huius
magisterii perfectionem peruenissent . Er-
go hæc tuæ commenda memoriæ . Ostendi
namq; superius , quod hoc magisterium non
multum distat ab hominis creatione : nunc
quoque tibi dico , quod numquam fuit ani-
matum aliquid aut nativitate creatum , neq;
crescens , nisi post putredinem , & eius muta-
tionem . Vnde ait sapiens , quod tota fortitu-
do huius magisterii , non est nisi post putre-
dinem . Ait enim , si putridum non fuerit ,
fundi aut solui non poterit ; & si solutum non
fuerit , ad nihilum reuertetur . REX CA-
LID. Quidnam erit hoc post putredinem ?

Mo-

MORIENVS. Post putredinem vero ad hoc
deueniet cum quo omnipotens Deus, & o-
mnium creator altissimus magnus, perficiet
quæsitam compositionem. Scito itaq; quod
istud magisterium, binis indiger creationi-
bus, atque binis confectionibus: quæ ita ad
inuicem sunt connexæ, quod quando vna ea-
rum perficitur, altera earum tunc incipit;
& quando altera perficitur, totum magiste-
rium terminatur. REX CALID. Quo-
nam modo indiget hoc magisterium binis
creationibus, atque binis confectionibus,
quum antea dixisseſ eius rem, ac eius viam
vnam & linearem perfistere? MORIENVS.
Verum est hoc quod dixi: nam totum hoc
magisterium ex re vna, & via vna constat. E-
ius namque vna dispositio talis est, qualis &
altera. REX CALID. Quænam est igitur illa
dispositio, cum qua paulo ante dixisti totum
posse perfici magisterium? MORIENVS.
O Rex bone, Deus ad melius te conuertat.
Hæc est illa dispositio, quæ scilicet manibus
perfici non potest. De illius namque diffi-
culty, quamplures sapiētes conquesti sunt.
Dixerunt namque; Si quis per suam scienti-
am, dispositionem hanc inuenerit, facile to-
tum magisterium, sua scientia perpetrabit;
qui vero illam per suam scientiam non inue-
nerit, totum magisterium illum latebit.
REX CALID. Quænam est igitur hæc ad-
mirabilis dispositio? MORIENVS. Si sapi-

entum dicta diligenter inspexeris, facile illam scire poteris: de ipsa namque dixerunt. Hæc namque dispositio est naturarum mutatio; & earum naturarum calidi & humidi, cum frigido & sicco, subtili dispositione admirabilis commixtio. REX CALID. Quū hæc dispositio hominum non fiat manibus, quænam igitur est res ipsa, cum qua perfici possit? MORIENVS. Hæc autem dispositio fit iuxta quod ait sapiens, qui dicit, quod Azoc & ignis, Latonem abluunt atque mundificant, & eius obscuritatem ab eo penitus eripiunt. Nam & sapiens ait: Si recte ignis modum disposueris, Azoc & ignis in hac dispositione dante Deo, tibi sufficient. Vnde Albo intersector ait: Dealbate Latonem, & libros rumpite, ne corda vestra corrumpantur. REX CALID. Hæc autem dispositio, est, ante, vel post putredinem? MORIENVS. Dispositio putredinem præcedit; sed talis dispositio nulla penitus est. REX CALID. Quidnam est ergo? MORIENVS. Tota operatio nostra, non est aliud nisi extractio aquæ a terra, & huius aquæ super terram dismissione, donec ipsa terra putrefaciat. Hæc enim terra cum aqua putreficit, & mundificatur; quæ quam mundata fuerit, auxilio diuinitatis totum magisterium dirigetur. Hæc est enim sapientum dispositio, quæ est tertia pars totius magisterii. Hoc etiam te scire conuenit, quod si corpus immundum perfecte non mun-

mundaueris, & illud non desiccaueris, neque ipsum bene dealbatum reddideris, & in illud animam non miseris, & eius omnem fœtorem non abstuleris, donec post suam mundificationem tinctura in illud decidat, nihil penitus huius magisterii direxisti. Hoc quoque te scire decet, quod anima cito corpus suum ingreditur, quæ cum corpore alieno nullatenus coniungitur. REX CALID. Creator, in nostro semper sit auxilio. Tu vero secundam dispositionem mihi edissere; vtrum scilicet illa sit finis prioris dispositionis. MORIENS. Ita est ut dicis. Nā quando corpus immundum, secundum quod iam dictum est, direxeris, mitte in eo postea de fermento quartam sui partem. Fermentum enim auri, aurum est: sicut panis fermentum panis est: quod quum in eum miseris, depone eum in sole ad decoquendum, donec hæc duo in vnum corpus redigantur. Inde vero sub Dei benedictione eum ablue~~re~~ incipias. Ad illius ergo ablutionem, parte in vnam de re mortifera accipias, quam videlicet per tres dies decoquas: & caue ne de suis diebus aliquem aut obliuiscaris, aut minuas. Eius quoque ignis indesinenter æqualiter ardeat; ita scilicet quod neque inualescat, neque debilior existat. Sit ergo ejus ignis blandus & mitis, qui per suos dies ardendo æqualis perduret; sin autem maximum sequetur damnum. Post xvii. noctes, vas in quo hæc

Ignis.

omnia coquuntur visites , & aquam quam
in eo inuenies extrahas , & alteram ei impo-
nas : quod scilicet tribus vicibus agendum
est. Vas autem prædictum , fornaci suæ sem-
per immobiliter adhæreat , donec totum

tempus fermentationis auri compleatur , &
donec * ad octauam partem suæ tincturæ
dirigatur. quod quum post xx. noctes extra-
ctum sit, deinde bene desiccatum fuerit, A-
rabice hoc vexir *, nuncupatur. Inde vero

corpus ablutum & præparatum accipias , &
super fornacem artificiose eum adaptes : vt
ibi in suo vase , quotidie cum quarta parte rei
mortiferæ, quam scilicet tunc tecum habeas,
irrigetur , cauendo etiam ne flamma ignis
præfatum vas attingat: nam in damnum o-
mnia verterentur. His igitur omnibus edi-
ctis , prædictum vas in fornace magna ar-
tificiose locetur, & ignis super os eius accen-
datur : qui scilicet duobus diebus , ac toti-
dem noctibus, ibidem æqualis sine augmen-
to aut sui diminutione, ardeat. quibus omni-
bus expletis, a fornace, cum omnibus quæ in
eo sunt, tollatur; quoniam auxilio Dei ex-
pleta est artis iteratio. REX CALID. Hoc
modo quod tu dicis, & nos similiter agemus:
sitque nomen Domini benedictum. M O-
R I E N V S. O Rex bone, scire etiam te opor-
tet, quod omnis huius magisterii perfectio,
in captura corporum coniuctorum, & con-
cordantium constat. Nam & hæc corpora

natu-

naturali artificio, substantialiter ad inuicem
coniunguntur, & concordant & funduntur,
& etiam ad inuicem recipiuntur. Nam se-
metipsa ad inuicem emendant & dirigunt,
ut super fortitudine ignis, pulchiora appare-
ant. Ex quo enim inquisitor sapientiae, ho-
rum corporum capturam & eorum decanta-
tionem, eorumque solutionem atque dispo-
sitionem necessariam, & eorum mixtionem
atque decoctionem, perfecte cognouerit.
Sciat postea eorum ignis quantitatem, & suæ
fornacis constitutionem, & sui ignis accen-
sionem, in quo scilicet loco fornacis accen-
di debeat ignis; numerum quoque dierum
suorum, & eorum ponderum mensuram.
Nam si hæc omnia prouidentia & ratione
tractauerit, auxilio diuinitatis impleta erit
eius intentio. Omnis igitur festinatio procul
ab ipso artifice pellatur, & prouidentia, & ra-
tio, & firma exspectatio adhibetur. Quod
autem hæc corpora maxime coaptat, sanguis
est: nam illa * viuificat atque coniungit, & *al. *Et ille.*
ex istis omnibus vnum corpus efficit. Qua-
propter ignis blandus diutius apponi de-
bet, qui in suis diebus semper duret æqua-
lis. Nam calore ignis in corpore cito ser-
pente, festina combustione ipsum corpus
consumit. Nam si eudica * eis apponitur ipsa
corpora in terram mutata, ab omni com-
bustione curabit. Nam corpora postquam
suas iam non retinent animas cito combu-

* *Ide est fex
vitri.*

runtur. Eudica quidem bene omnibus corporibus conuenit: nam ea viuificat & aptat, & ab omni combustione defendit: immittit: namque quædam eorum in aliis, & ista simill post immissa a nimio calore post defendit. Et quando eudicam querere volueris, in vitreis vasis eam quære: quam quum inuenieris, eam reconde, neq; quicquam cum ea facias usque dum, id est, exspecta donec acidum fiat, azyma non existat: quoniam tua intentio penitus cassaretur. Terra quoque fœtida, cito recipit albas scintillas, & vetat sanguinem, ne ille in decoctione damnetur: vis namq; sanguinis, & eius fortitudo nimis est magna: quamobrem sanguis est frangendus ne impedit, aut proficiat: que quidem fractio, fiat postquam fuerit dealbatum, hoc quod de coloribus remansit, nigredinem occupat; coloribus, inquam, venarum * prius effusarum, ex novo esse, quod quidem huic magisterio pertinet; in cuius initio veritatem non videbis, est omnino fallax & inutile. Illud quoque huius magisterii secretum est; quod hic in unum breuiter collegi, & collectum tibi exposui: quod videlicet huius rei pars una, milie partes argenti, in aurum purissimum conuertit. Hæc ergo quæ iam dicta sunt, ad hoc magisterium tibi sufficient. Sed adhuc restant quædam, sine quibus repelli nō potest. Sed & te scire conuenit, quod intentio hominis hanc scientiam diuinam & puram quæ-

D E T R A N S F I G . M E T A L . 49

quærentis, aliud arbitrari non decet, nisi donum Dei altissimi & magni, qui eam suis commendat, cuius nomen semper sit benedictum. Sed & tu bone Rex, nunc totus sis mihi mente, ut audias & intelligas ea, quæ tibi amodo dicam. REX CALID. Dic ut libet: nam & erectis auribus tibi assisto præsens. MORIENVS. Dicit de nominibus specierum. O bone Rex, etiam perfectissime in primis te scire decet, quod fumus rubeus & fumus citrinus & fumus albus, & leo viridis, & Almagra *, & mortis immunititia, & limpidum, & sanguis; & eudica, & *gra.* terra fœtida, sunt ea in quibus tota huius magisterii constat efficacia: quæ sine his, nullatenus recte tractari potest. REX CALID. Explana mihi hæc nomina. MORIENVS. In fine libri exponam ea: quoniam ad præsens de illis, quorum hæc nomina coram te magisterium conficiam, ut ea quæ iam diximus, per ipsius rei effectum comprobentur. Est enim hæc huius scientiæ radix, ut scilicet ille qui eam dare voluerit, eius doctrinam prius a magistro suscipiat, & postea magister coram discipulo suo, eam frequenter pertractet. Sunt autem quidam, qui hanc scientiam in venis diu quærunt, neque tamen illam inueniunt. Tu autem semper in his secundum quod me operari videbis, operare. Nec illud ab hoc in hoc magisterio quæras: quoniam si feceris, proculdubio errabis.

D

Sunt autem multa huius scientiæ obstacula. Nam, vt ait sapiens, Multa distantia est inter sapientem, & insipientem, & inter cæcum, & videntem: neque enim ille, qui dispositio-
nem huius magisterii, etiam probationem
perfecte cognovit, est vt ille qui adhuc in e-
ius inquisitione per libros persistit. Sunt
namque libri sub figura de hac arte compo-
siti, quorum pars maior multum obscura vi-
detur, ac scientia connexa, nec nisi a suis
compositoribus potest intelligi. Sed hæc est
scientia quæ inter alias maxime inquiri de-
bet, quum per illam, ad aliam magis admira-
bilem peruenire possimus. **REX CALID.**
Omnia autem quæ profero vera liquent, &
eorum veritas in sua expositione florescit, &
admirabiliter allucescit.

INCIPIT DISPOSITIO

*al. mun-
dandi.
*al. indu-
rescas, eum
sicces & a-
lium facias
per purga-
tionem.

SAPIENTVM, A D APTATIO-
nem corporis immundi*, antequam
elixir * super illud nondum durum
effectum ponatur, & antequam al-
bum efficiatur, & ante-
quam anima in eo
mittatur.

DICIT MORIENVS: Quoniam elixir
nisi a corpore bene mundificato, neque
fætido, vt eius tinctora quando super eum
introi-

DE TRANSFIG. METAL. 51

Introiuit formosior appareat, non recipitur. Et hæc prima dispositio est. Incipe ergo sub Dei auxilio, & primum fac ut fumus rubeus fumum album capiat, ac deorsum ambos effunde ac coniunge, ita scilicet, ut in eorum commixtione ex utroque, par pondus apponatur. Quibus commixtis, in vase spissō, iuxta mensuram fere vnius librae perfecte ponantur, cuius scilicet os, cum bitumine conuenienter obtundatur. Sunt enim in eis venti, qui si infra vas detenti non fuerint, evadent, & sic magisterium annihilabitur. Bitumen vero sit illud, quod in libris philosophorum lutum appellatur. In quo videlicet ante conclusionem modicum salis apponas, vnde magis confirmetur, & ignis combustionis diutius possit resistere. Inde vero fornacem calefacias *, & ea iam calefacta, vas prædictum, cum omnibus quæ in se continet in eo sublimetur: quæ scilicet sublimatio *, post solis occasum fiat, & ibi donec dies frigescat, dimittatur. Postea vas ipsum extrahas, & eum confringas. Quod si ea quæ intus posueras in unū corpus ad modum lapidis commixta inueneris, Accipe ille & tere bene atq; tantarisa *: quod quum feceris, aliud vas, cuius fundus sit rotundus, accipe, & hoc iam bene tritum atque bene tantarisatum intus pone, & os vasis cum bitumine philosophorum vndique cludas: inde vero fornacem philosophorum con-

* In alio exemplari additur, cū stercore ouino, vel cum foliis olinarum.
* al. subhumatio, & subhumetur.
* al. Cara- tantarisa.

struas, in qua ignem philosophicum more philosophorum accendas, qui etiam spatio x x i. dierum æqualis perduret exardendo. Ignis vero philosophicus talis est, quod eius materia bina partitione partitur. Aut enim eius materia ex stercore ouino erit composta, aut ex foliis oliuarum: nihil enim est quod ignem in combustionē æqualem faciat perdurare melius his. Igitur diebus prædictis transactis, præfatum vas a fornace extrahas, & quod intus inueniris, exsicca: postea vero ex ea vnam partem accipias, & eam cum decem partibus mundati comisceas, & iterum vnam partem mundati assumas, & eam cum decima parte mundi, similiter misceas, & sic deinceps, iuxta hunc ordinem, & numerum eorum, alteri apponatur, ut in vnum misceantur: quibus in vnum commixtis, fac ex eo elixir, hoc est illud dissipa, & si in eo album remanserit, & bene firmatum, neque propter ignis adustionem recessum inueniris, iam duas partes huius magisterii expleuisti. Hic est igitur modus, quo album cum immundo recentissime coniungitur: neque præter istum modum alias inuenitur. Anima enim cito corpus suum ingreditur, quam si alieno corpori coniungere studueris, incassum laborabis. Nam ipsa veritas magis est lucida. R E X C A L I D . Omnia quæ dicas vera sunt, ut iam nos vidimus: Et Deus animas suorum prophetarum, in manu sua recipiet.

INCI-

INCIPIT DISPOSITIO *alias, Ge-
SECUNDA EX DICTIS MO- seid: sed
 rieni Romani, quam cum Calid re- supra Ge-
 ge, filio Egezid *, filii Ma- zid appel-
 doya *habuit. latus est.

* al. Mo-
 chaia; &
 antea Ma-
 coia dictus.

DIxit Moriens, sume fumum al-
 bum & leonem viridem, & Almagra ru-
 beum & immūdiciam mortui, & hæc omnia
 dissolute; quibus dissolutis, fac ea ascendere,
 & post ascensionem in vnum coniungere:
 ita scilicet quod in vnaquaque parte viridis
 leonis, tres partes de immunditia mortui
 apponantur. Similiter de fumo albo vnam
 facias partem, & de Almagra duas, quæ in
 vase viridi omnia ponantur, & in eo co-
 quantur. Os autem eius vasis firmiter, secun-
 dum quod prædictum est, claudatur. Postea
 vero hoc in sole ponatur, & desiccetur ibi,
 & quando desiccatum fuerit, elixir sibi ap-
 pone: ac demum pone super eum aquam
 sanguinis, quanta super eum natet. Post tres
 dies similiter & noctes, riga eum cum aqua
 fœtida, cauendo ne de suis diebus aliquem
 minuas, neque suus ignis extinguitur, aut
 ardendo inualescat, aut minuendo eius ad-
 ustio minuatur. Transactis igitur * xvii. *al. vii.
 noctibus, prædictum vas aperies, & aquam
 quam intus inueneris, extrahas, & iterum al-
 teram fœtidam aquam in eo reponas: quod

54 MORIENI ROM. LIB.

scilicet tribus noctibus agendum est, ca-
uendo etiam ne vas vllatenus a sua fornace
remoueatur: appositio vero aquæ fœtidæ,
semel in vnaquaque noctium trium fiat. In-
de vero transactis xxi. noctibus, vas a for-
nace extrahas, & elixir, quod in eo fuerit, de-
sicces, postea corpus album sumas, in quo
videlicet album iam fixisti, & ponas eum in
vase paruissimo, quod est iuxta quantitatem
fornacis magisterii, quam postquam constru-
xeris, fiat. Inde vero vas illud, firmiter forna-
ci coniunge, ne eum flamma ignis combu-
rat, vel contingat. Elixir quoque quod supe-
rius in eo diximus debere proiici, sit tali-
ter, vt si de albo corpore partem * ei pro-
ieceris de elixir, partes xi. proiicias, qui-
bus commixtis super vnamquainque huius
corporis commixti vnciam, quartam par-
tem vnius dragmatis de eudica solum proii-
cias. Hoc ita facto, in magna fornace hoc
vas ponas, & per duos dies, & totidem no-
ctes eum ibi dimittas: super cuius caput,
ignis, qui per tot dies & noctes, non extin-
guatur. His igitur diebus & noctibus com-
pletis, hoc quod in vase inueneris, extrahas,
& lauda creatorem altissimum ma-
gnum, super ea quæ tibi
tribuit.

*al.x.

*al.xi.

vel, xli.

INCIPIT EXPOSITIO specierum.

DIxit Morienvs. O Rex bone, & sapientissime, hæc est expositio specierum, quæ huic magisterio pertinent, quarum scilicet antecessores nostri, multis atque diuersis nominibus nominabant, vt eos qui hoc magisterium indigne quærerent, contra ipsius veritatem penitus errarent. Scito igitur quod immundum corpus est plumbum, quod alio nomine affrop interpretatur. Corpus vero mundum est stannum, quod alio etiam nomine arena * nuncupatur. Leo * al. *Alviridis*, est vitrum; Almagra * quoque est laton, licet superius eam esse terram rubeam * al. *Amal* diceremus. Sanguis quoque, est auripigmentum, & terra fœtida est sulphur fœtidum. Sed & Eudica, omnium horum est secretum, quod scilicet alio nomine Mosz hacumia dicitur, quod quidem Latine fæx vitri, vel vitri immundicia, dici potest *. Fumus vero * *Sunt erubeus*, est auripigmentum rubeum. Fumus *nim duo* quoque albus, est argentum viuum. Et fumus *eius genitivus* citrinus, est sulphur citrinum. Ecce iam nostra; citrina specierum tibi exprimo, quarum tantum, & men tres ad totum magisterium tibi sufficiunt: Id est, fumus albus, & leo viridis, & aqua fœtida. Habes igitur tres species, nec suam confectionem nemini dicas vel detegas; sed sine stultos circa hoc magisteriū que-

56 MORIENI ROM. LIB.

libet alia quærere, & quærendo errare, quoniam ad eius effectum, non peruenient usq; dum sol & luna, in vnum corpus redigantur, quod ante Dei præceptum euenire non potest. Existimant enim quidam, quod secretum huius magisterii sit terra, aut lapis, aut vinum *, aut sanguis, aut vrina, aut etiam acetum: & per se * hæc omnia terunt, & coquunt, & a sua decoctione extrahunt, & extractum sepeliunt: quia iuxta opinionem suam facere credunt, vt suus error magis confortetur, & ne desperent de hoc, quod quærunt inuenire. Sed scio quod terra & lapis, & hæc omnia ad magisterium sunt inutilia, & malum exitum habentia. Hoc etiam te scire conuenit, quod maxima huius operis efficacia, in suo igne perpenditur: nam cum eo mineræ aptantur, & malæ animæ in suis corporibus retinentur. eius quoque ignis, est tota eius natura, huius rei natura atque perfecta probatio. Quicquid etiam ad hoc magisterium effeceris, in cuius principio vnum non inueneris, inutile est. Quod namque bonum sperari potest, quum ipsa res non faciat, neque secum in mundo conficiat? Ita scilicet vt in vnum corpus redigatur. Si autem secundum quod diximus ista tractaueris, auxilio Dei tua complebitur intentio. Quod ergo diximus, tu bene intellige, & intellecta tuæ commenda memoriæ, & iuxta suum ordinem illam dispositionem, & in

corum

* al. ouum.

* al. Sæpe.

eorum dispositione frequenter stude. Nam eius frequens studium , viam eius rectiorem tibi ostendet. Similiter scias , maiora radix huius operis est in inquisitione specierum, quæ sunt meliores ad hoc magisterium. Nam vnaquæque minera, multorum est generum. De hoc quoque , quod de fumo albo interrogasti , scire te conuenit, quod fumus albus est tinctura , & etiam anima horum corporum solutorum,& etiam mortuorum , quorum videlicet animas iam extraximus , & iterum eas, suis corporibus coniunxi mus. Nam omne corpus, quando anima caruerit, tenebrosum,& obscurum erit : & fumus albus est qui in corpus, veluti anima defluit, vt eius nigredinem , atque eius immundiciam ab eo penitus auferat , & corpora in vnum confolidet , & eorum aquam multiplicet *. Nam * al. Et es immundum, nigrum est, & multum leue; & multiplices ideo quando sua aufertur nigredo , sua albedo confortatur,& sua aqua multiplicatur , ac sua pulcritudo magis erit apparens , & tinctura tunc magis in eo apparabitur *. Quid * al. opera plura? Si hæc omnia bene tractata fuerint, bitur. tinctura in eo bene operabitur,& exibit eius aurum purissimum & rubicundum , quo scilicet nullum melius , atque magis purum inuenire poteris. Ob hanc igitur caussam,hoc aurum a quibusdam aurum , vel ethees Romanum solet appellari. Hoc etiam te scire volo, quoniam si fumus albus non esset, nul-

58 M O R . R O M . L I B . D E T R .

latenus aurum ethées alchymiae purum, siue
vtile perpetrari posset. Hoc est etiam huius
magisterii capitulum, & quasi tota sua direc-
ctio. Quod si quando alchymia confecta
fuerit, eius vna pars inter nouem partes ar-
genti ponatur, quoniam totum in aurum pu-
rissimum conuertetur. Sit ergo Deus bene-
dictus Amen, per cuncta seculorum secula.

*al. *Super
mille par-
tes.*

Explicit liber Alchymiae de Arabico in
Latinum translatus, anno millesimo cente-
simo octuagesimo secundo, in mense
Februarii, & in eius die
vndecimo.



XΡΥΣΟΡΡΗΜΩΝ:

sive


De arte Chymica,

DIALOGVS;

QVI PRÆCLARISSIMAS
HVIUS SCIENTIÆ, ACTIONES,
rationi, ac naturalibus principiis consenta-
neas esse demonstrat; impostorum vero
& sycophantarum somnia &
nugas retegit.



HANOVIAE AD MOENVM
Apud Guilielmum Antonium,
M D XCIII.



INTERLOCVTORES
SVNT, C_HRYSOPHILVS,
Theophrastus.

DEPETVAM illam ac commu- C_HRYS.
nem hominum miseriam deplora-
re non satis possum; cum omnia ea,
in quibus bonorum etiam umbræ
versantur, tam sint difficilia & in-
tricata, ut nancisci ea vix millefimus quisque
possit: nocta tandem, celeri nos pede fugiant. At
ea rursum, que cum atrocitate, periculis, omni-
denique malorum aceruo, coniuncta sunt, ita no-
bis constanter immineant, ut conspirasse in hu-
manam perniciem iudicari possint. Momento
enim pessimum imus, miseria, paupertate, periculis,
infirmitate, doloribus obruimur; ut autem feli-
ces simus, ut ditemur, ut sanemur, multis annis
opus est: ut non indigeamus, vix ullo seculo con-
tingit. Etenim quantum in me quidem est,
cum iam a vita mea quasi exordio, nihil prius
(quod tamen fateri palam erubesco) in optatis
habuerim, quam ut admodum ditescerem; atq;
ipsius A V R I sitis me totum corripuerit; absolu-
tam tamen id consequendi, methodum nondum
sum consequitus. Desperans licet voti me fu-
turum compotem, extrema tamen quæq;
experi^rilubet; ipsamque artem, quam Alchymisti-
cam vulgus nominat, iam aliquamdiu inter-
missam, fauente Mercurio, rursum adgrediar.
Sed video obambularem illic Theophrastum,

62 DE ARTE CHYMICA

hominem, si quem Germania umquam tulit, huius artis absolutum artificem: quem si in ea sententiam perducere possum, ut mihi in hoc conatus adiumento sit futurus sum (procul dubio) hominum felicissimus. Salve amicorum præcipue o Theophraste? THEOPH. Saluus sis & tu o lepidum caput. Sed quid solus hic aberras? quid est quod tam anxie tecum obmurmuras? aspiciebam te iam dudum, non sine magno meo risi, iantem brachia & caput, micantem digitis, calcitrantem pedibus; Bacchico te correptum furore existimabam. CHRYS. Non Bacchi, o bone, sed Pluti entusiasmate sum percitus. THEOPH. Quid Plutum murmuras? nos Plutum ad Plutonis cancellas (ut aiuit) relegemus, & vitæ tranquillæ operam dabimus. CHRYS. Te quidem auctore sperarem, me animum tranquillum posse consequi; tua in manu mea salus est. Qui si mihi adiumento esse velis, effecturum me breui id spero, ut hominum simus primarii. THEOPH. Ego quidem o Chrysophile, quantum in me est, omni meo consilio & auxilio, (modo id cum manifesto meo periculo coniunctum non sit) adesse tibi non refragabor; verum quid negotii sit, breuiter expone. CHRYS. Non dubito quin ad aures tuas peruenierit, quantum ego non pecuniarum tantum, sed (quod est preciosius) temporis iactura, circa eam scientiæ persuasionem, quam Chymicam eruditiores nominant, fecerim: pudetque fateri, quam ego ab nequissimo genere hominum, qui se Alchymistas & philosophorum, scilicet, discipulos

discipulos iactitant, sim misere delusus; ac meæ
valetudini, (quod est grauissimum) obfætidas
fuligines, halitusque teterrimos, quos in cœurnis,
Troglodytarum more delitescens, pertuli, nocue-
rim; quorum omnium iactura tam est ingens,
ut ea etiam quæ inde commoda colligi possent,
nullius momenti estimanda sint. THEOPH.
Ha ha ha, disseream, nisi ego, (quamvis rerum
omnium essem inscius) id ipsum subolui. Cum
enim mense præterito, hortensem illam tuam
domunculam præterirem, tam fœdum quen-
dam fumum, atque atrum, ex subterranea
illa fornice erumpentem, animaduerti, ut A-
uerualeis ibi fauces crediderim, in quibus Ca-
nidia suas dapes decoxiisset. Verum ne fini-
stram de tua prudentia opinionem, concipe-
rem, obstabant in primis auctoritas; deinde
quod summo loco es natus, postea, maturior
etas; non sine rerum experientia; denique &
manifestissima exempla, quibus cautiorem
te, alieno saltem periculo, redditum num-
quam dubitassem. Nec enim mihi persuadere
poteram, te illis rebus, quæ cum manifesto de-
trimento sunt coniuncta, multo minus scele-
stissimis sycophantis, artisque calumniatoribus,
animum potuisse aduertere. CHRYSOPH.
Ego vero cautus in hac refui, quantum licuit.
Verum ne ego intentatum relinquem, id,
quod tot auctorum calculo indubitatum reddi-
tur? præsertim cum omnia quæ ad hoc negotium
pertinent, atam multis magni nominis philoso-

64 DE ARTE CHYMICA

phis, diligentissime sint perscripta? Postremo, cum mihi nec ingenium, nec opes, nec otium, aliaeque plures rei bene gerendae occasiones deessent. Sed quid de exemplis? Cum tu solus (quem finem huius artis adsequutum, obque id omnes felicem prædicant) multorum instar mihi satisficias. Qui si mihi opem ferre, & meam classem, in medius undis cum procellis luctantem, in portum deducere velis, faciam ut breui intelligas, quantum ornamenti, ex mea amicitia, auctoritate, potentia, tibi immineat. THEOPH. Agnosco crocodyli lacrimas. CHRYS. Quid dicebas? THEOPH. Dixi tuam me agnoscere benevolentiam. Verum ex illo tuo sermone intelligo me, (quem in hac re ad consulendum tibi elegisti) minime satisfacturum: te namq₃, tranquillitatem nancisci, aut voti fieri posse compotem, ex hoc tuo instituto, tam est rationi consentaneum, quam si vestales Ithyphallica celebrent. Si tamen de artis Chymicae vi ac natura (quantum ad meam quidem cognitionem peruenit altius quedam repetere liceat; intelligentes fortasse, quantum tu, cum tuis illis erronibus ab huius scientie scopo, aberraueris. CHRYS. Id quidem iamdudum expeto: Refer. THEOP. In primis existimes oportet, artem Chymicam esse scientiarum omnium (geometria sola excepta) ut ingeniosissimam, sic maxime utilem, imo necessariam; ut (quemadmodum postea intelliges) non sit indigna, ut totam aliquis circa eam etatem insumat. Ea tamen latius quam crede-

credebas, patet. Cum enim circa metalla & metallica uersetur, duplii constitutam differentiascias. Altera est Physica, atque cum naturabilis rationibus ex sympathia & antipathia manantibus, coniuncta. Altera talis quidem videntur, sed sophistica est: videri itaque quam esse manult. Prior illa ex naturæ secretis, ut dixi, admirandos, pulcerrimos, salutares etiam, ne dicam diuinos effectus, solet proferre. Ex quibus, ab ingeniosis hominibus quedam ita sunt eruta, atque vulgata, ut iam artes amplius dici non mereantur. Quædam autem inuenta nondum sunt; ea arcana sunt, & in hunc usque diem remanserunt. Postremo, quædam inuenta quidem sunt, sed ea paucissimis, atque fere nemini (nisi cui Deus diuinitus id demonstrauit) tot seculis constiterunt. Ex quibus unum est præcipuum, totius artis Chymicæ unicus scopus ac verus finis; miro tamen artificio, altoque silentio semper absconditum, ut arcanum dici adhuc mereatur. Ita ut plerique id non esse in rerum natura, constanter magis quam vere, affirmare audeant. Ad hunc scopum pertingendum, cum tot ingenia frustra laborauerint, toto (quod aiunt) aberrantes cælo; ut tamen aliquid egisse vulgo videantur, ad alteram illam, quam sophisticam, dixi, (cuius exercitia, maiori numero remanerunt) ut configuerent, consultum existimarent: atque sic aureo hamo (ut postea dicam) pescati sunt. C H R Y S. Expone hac exactius: nescio enim quæ inuenta huius artis, quæ nondum

66 DE ARTE CHYMICA

inuenta dicas. THEOPH. Chymica inuen-
ta (ut pricipua persequar) sunt partim circa
metalla , partim circa metallica. Circa me-
talla hæc fere possunt constitui. Ea commiscê-
re simul , ut aliquid aliud esse adpareat : exem-
pla cuius satis vulgata. Ea immutare ; ut circa
ferrum & as maxime solet contingere ; ponderi
adiicere , aut (quod facilius) detrahere : soli-
diora quædam reddere : colorem , in quibusdam
mutare , ut circa ferrum ut plurimum : molliora
quædam , alia duriora efficere. Omnia vero
hæc absque fallendi studio. Alia , & quidem
subtiliora , circa metullica versantur : ut deau-
rationes , deargentationes , (lubet enim nunc ver-
bis vti insolentioribus) separations. Ex quibus
indagata sunt metallicorum admiranda vires ,
item eorumdem cum metallis amicitia , atque
odium ; quam sympathiam esse , recte dicemus : ut
antimonii , hydrargyrii , caphura , sulphuris , chry-
socolla , plumbi cinerii , plumbi candidoris , cum
auro , argento , orichalco & deinceps . Huc pertinet
pyrici pulueris inuentum , sua admiranda vi to-
nitrus imitans : adde & scientiam , qua vitrum in
longissimas lineas diducitur. Omito ea quæ ad
remedia pertinent , cum nullum fere medica-
mentum , a metallis aut metallicis immune sit.
Nónne exhalationes univeræ , quas distillatio-
nes nominant , arti chymicæ sunt obnoxiae ? nónne
colorum pricipuæ compositiones ? nónne fragran-
tissimi illi ac saluberrimi suffitus , & odores pre-
iosi ? ne de reductionibus omnium fere simpli-
ciuum ,

cium, in tenuissimos spiritus; ac, quod postremo dicam, fusiones metallicæ, quibus vix quidquam ingeniosius, accuratiusq. CHRYS. Intellico. Quæ autem eis sunt, quæ nondum inuenta dicis? THEOPH. Quasi vero de iis verba facere velim, quæ in rerum natura nondum sunt. Inueniri tamen adhuc multo plura posse existimo; veluti, vitrorum absque igne mollities; electri compositio; lapidum durissimorum fabrefactio; aquarum tenuissimarū excoctio; & quæ similia adhuc latitant. CHRYS. Verum iam de illis, quæ inuenta quidem artis Chymicæ dixisti, sed paucissimis constare, dicas rogo. THEOPH. Ea sunt vitrum in adamantinam duriciem producere. Morbis desperatis ex metallis, & metallicis, praesentissima ac subita, exhibere remedia. Item, contra venenorū omnīū vim antidotum exquisitissimum certissimumque, quale nuper a Misnico rustico & fossore metallico, casu potius quam consilio, ex re (ut audio) vulgatissima, confectum, quod etiam proprio sui corporis periculo, ab Electore Saxonia, experiri compulsus est. Postremo, quod omnium eorum quæ enumeraui, vim atque efficaciam excedit, est certa ac compendiosa methodus, qua subtilissimi ac tenuissimi spiritus parantur, quorum efficacia, absolutoria metalla, multiplici proportione, perfectiora, atq; auctiora (nulla prorsum tentata fallaci metamorphosi, sive substantiae immutatione) perduci possunt. CHRYS. Euge Theophraste, Dii te seruent: hoc iam dudum expectabam. Huius ergo ob scientie experimentum, tot expensarum-

68 DE ARTE CHYMICA

pertuli, tot libros, tum ab Asiaticis, tum Europaeis conscriptos, perlegi, transferri, atque in compendia redigi curau: verum spe omni frustratus, in mediis procellis hæreo, in quibus mihi, tanquam ad Sirenios scopulos, esse consenescendum, admodum timeo; adhibitis licet in consilium tot eruditis hominibus, qui singula mihi diligenter explicarent. Ex quorum omnium (quos quidem agnosco) numero, te solum habeo reliquum; qui mihi & illam methodum indicare, & libros, qui hac dere ex professo tractant, explicare potes.

THEOPH. Ut ex illis tuis libris, sint Arabicae vel alterius gentis, id quod ultimo a me loco dictum est, possis comprehendere, tam est arduum, quam ex Tantali hortis fructus decerpere.

Deinde, ut illi tui errores, ac impostores (eruditis sint nec ne) suam operam in hac re consequenda, prestare tibi possint, tam est consentaneum, quam ebur atramento candelabrum facere. Cum in libris mera contineantur ænigmata, mera tenebra, ex quibus neque Oedypus extricare se umquam possit.

CHYS. Quare igitur (si haec ita sunt) tantum operis circa hoc negotium adhibuerunt Philosophi, cur tam audacter id ipsum pollicentur?

THEOPH. Adhibitam magnam ab antiquis operam non negarim, sed ut describendo, rem occultarent: idque quatuor rationibus factum mihi videtur.

Primo, ut exercerent ingenia hominum otiosorum.

Secundo, ut ansam ingeniosis præberent, pleraque celeberrima simul & utilia, qua inde manarunt, indagandi.

gandi. Tertio, ut homines curiosos vexarent, & eorum otio, & laboribus abuterentur, maxime id efficiunt, cum eidem rei, plura nomina, quam Ioui gentiles imponunt. Postremo, ut intellexisse se, Naturæ secreta, posteris testatum relinquerent. C HRYS. Quare ergo non tacere potius, quam ea verboſiſſimus commentariis, quæ nemo intelligit, perscribere, maluerunt? quibus consideratis, in eam plane descendendo sententiam, ut meras nugas esse, ab impostoribus, aut Dæmonie potius Plutonico, ad euertendum plerosque confutas credam. THEOPH. Ne hoc dicas oportet, ô Chrysophile: verum si acriter contendas, ne verba quidem umquam facta, de hoc postremo, prestitisse, non me habebis admodum refragatorem. Quod autem præter figmenta aliud nihil esse dicas, facis tu more illorum, qui de re non intellecta, nec visa umquam, iudicant; quemadmodum cæci de coloribus. Fateor librorum magnum esse aceruum, quantum ad meam quidem cognitionem peruenit; omnes circa hoc negotium impediti; qui indigni sunt, ut ab homine ingenioso inspiciantur, præter βῆτιχαφλῶ nihil habentes magnificum. Alii quidem Hermetis, Auicennæ, Alchindi, Auerrois nomine circumferuntur, sed ab Europæis ac Barbaris compositi; veluti Gilgilide, Richardo Anglico, Morieno, Rosino, Stephano, Lombardo, qui se philosophos (si diis placet) nominare audent. Huc pertinent Arnoldi de villa Villa noua & similiūm; quorum somnia Marie sororis Moysis, item Jo. Scots titulos

70 DE ARTE CHYMICA

ementiuntur. *Bursum* (quod fateri aquū est) aliorum exstant commentaria, si cum iudicio legantur, ferenda quidem, imo lectu non indigna; ad quæ tamen intelligenda Thesei filo opus est.

Quorum primaria sunt, Gebri Arabis: & ex recentiorib. Aloysii Marliani ac Rogerii Bacchoi scripta. Recentiorum tamen nullus sanioris fuisse mentis videtur, quam Io. Antonius Augurellus.

C H R Y. Deus bone, cur ego hac non ante annos plures intellexi? verum turebus desperatis ferre medium.

T H E O. Non equidem me consultore opus est; cum ab omnium illorū opinione, quam audinisti unquam, in st̄gūe p̄r, ut aiunt, dissideā.

Non quidem quantum ad inuenta ipsius artis, quæ vulgata esse dixi, quæ & experientia comprobauit. *Quod si circa illa versari velis, poteris facili semita, occupatione honesta, non sine varia iucunditate, etatem in iis transfigere. Exempli loco sint, fusiones metallicæ, quibus non animalcula solum, & solidiora; sed & herbae flores, imo minutissima quæq; ut nativa videantur, possunt accuratissime exprimi.* Item distillationes (ut dicūt) quarum beneficio, non herbæ tantum & succus, sed & arborum lacrymæ, radices; imo lapides & silices ipsi, in oleum, aquam, tenuissimos spiritus, deduci possunt; in his & similibus gratificari non mihi graue est futurum.

C H R Y S. Quid mihi defusionibus & destillationibus narras? Ego mihi maiora longe sum pollicitus; intelligis quid velim. Et ut clarius explicem; id scire cupio, An permutari metalla (præsertim absolutiora) &

qua

qua methodo possint; an ignobiliora in nobiliora, ex quibus tandem generatio fiat auri purissimi; & qui illi sint, aut spiritus aut principia, ex quibus ipsa transsubstatiatio (ut dicunt) fiat. Nam esse tibi hæc perspecta non potes ire inficias.

T H E O P H. Absurdum est docere velle, quæ ego numquam scire me sum confessus; & cuius negotii nec ipse umquam experimentum feci. Te quidem inanem insumpisse operam, una cum tuis illis erronibus, aliunde mihi constat. Hæc enim sunt ipsius naturæ manifesta axiomata: Ex nihilo nihil posse fieri. Item, Generatio naturæ est, non artis. Principia autem generationis cuiuscumque sunt, ut cum eo quod generare volunt, non dissideant; sed quod plurimum cum eo participant. Ita nec ex uno sit metallum; nec ex metallico crocodylus; & tamen, quæ longe a natura magis abhorrentia sunt, tu moliris: utq; ad tua interrogata exactius respondeam: Permutari metalla, præsertim illa quæ pondere differunt, non possunt: Aurum autem ab aliis granitate, non exigua proportione, dissidet. Ergo. De aliis metallis quæ cognatoria videtur; ut & ferrum, quæq; pondere & tenuitate vix dissident, non dicam: neq; ad tuū institutū pertinet.

C H R. Attame nec ipsi antiqui scriptores primarii, id negant, quod tu soles profalso asserere.

T H E O. Imo tu illorum dicta non es assequutus. Cur non illud potius diligentius examinasti? Dum dicunt; Generatum deberi ad sua principia reduci, cum hoc naturæ sit consentaneum.

72 DE ARTE CHYMICA

Omissis ceteris ambagibus veluti transmutationem impertinentem; veluti nouam rerum generationem ex artificio, siue ex nihilo per artem; quae absurdia sunt a natura legibus, in quibus sympathia nulla. Ergo, si recte intelligas, ipsi Philosophi hac eadem quæ falsa esse dixi, pernegant.

CHRYST. At Philosophi dicunt, hydrargyrion & sulphur, generationem esse omnium metallorum. Ergo ex hydrargyrio & sulphure metalla, ipsumque aurum confici possunt. THEOPH. Si cinabarim dixisses, faterer. Verum nondum vides aliud esse confidere, aliud generare? Exemplo fieri res dilucidior; idque crassa Minerua proponam. Si grana tritici decem quis tibi obtulerit; & dicat, panem posse ex iis, infinita proportione confici; cum tu id ipsum intelligas, facile credis, & generationem, quæ ad hoc requiritur, ipsamque moram, cum non ager sed tempus (ut aiunt) spicas proferat, subintelligis. Quod si hominem, aut ex remotissimis Indis, aut Islandia, edocere hac velis, qui, quid sit serere aut metere, numquam audiuist; tuque nolis cum illo aperte agere, verum mera enigmata prescribas. Hoc modo; Calcinandam esse primo terram, terendumque, grana soluenda, defodienda; quæ inde proueniunt, denuo terenda, soluenda, sublimanda, deinde coagulanda (agnoscis, opinor, tuas voces) & excoquenda; ille, nifallor, intelliget terram aratro sulcandam, vertendas iterum glebas, sementa iacienda, omnem operam rusticam adhibendam; expectandam eorum quæ proueniunt

matu-

DIALOGVS 73

maturitatem, demesso iam frumento, illud non sine magna adhuc opera, transmutandum in panem? Et illa tamen anigmata, quæ tuis libris continentur, sunt magis inexplicabilia. CHRYS. Tibi admodum assentior. Verum ad id unde sumus digressi, redeundum. Dicebas, generata ad sua initia reduci deberi, idque naturæ consenteaneum esse. Atque mihi hoc idem videtur factu esse impossibile. THEOPH. Imo non possibile tantum mihi videtur id: sed facillimum; tamen ἐν ἀρεῳ Θορεος. Exempli loco sit: Qui absinthite vinum artificiosius confidere volunt, hoc compendio utuntur: si in tenuissimum spiritum ipsam herbam reducant, cui tanta vis inesse potest, ut eius spiritus unicum mystrum toto quadrantali vini infusum, id omnino in sui naturam rapiat, saporem absinthii exprimens. Cur non simile quiddam circa metalla quoque euenire possit, non video. CHRYS. Eiusmodi sunt quæ refers, ut fieri non possit, quin totius negotii experimenta feceris, aut quoties lubet, experiri possis, quamvis constanter id dissimiles. Nihil igitur aliud iam exspecto, quam ut arrepto calamо, rem totam mihi prescribas. THEOPH. Sed quorum est, hoc a me exigere? Si enim hoc exacte scirem: nosti eam esse mysteriorum legem inuiolabilem, ut Secreta quæ sunt, non debere esse manifesta. Deinde si quid tale tentasse, aut experiri voluisse, idq; faterer. Si negotium non successit, iam me ridendum omnibus præbeo; Et similis ero tuis impostoribus & erronibus. Si

74 DE ARTE CHYMICA

Si vero successisse dixerim, intelligis quantum
mibi ex hoc molestiarum immineat. Cum, ut
ingenue dicam, hoc tale sit negotium, quod nulli
fere priuato homini umquam, sine detrimen-
to; ipsis autem regibus saepe exitio fuit. Ergo nec
sapienti quidem optandum; nisi homini adeo ab-
soluto, ut etiam omnium opum affluentiam sper-
nere possit, & nullius rei indigere. Iamq; ni fallor,
intelligis quis fiat, ut huius scietiae arcana, ad pau-
cissimos tot seculis deuenerint. C H R Y. Ego vero
existimo, nullis omnino literis haec arcana um-
quam commissa; sed (quemadmodū de Hebraeo-
rum Cabala dicitur) traditione solum, ad poste-
ros demanasse. T H E O. Et hoc quidem est veri-
simile. Attamen & literis fuit haec scientia olim,
etiam sine fuso, vel obscuritate commissa, & ab
Asiaticis, ad Græcos deuoluta. C H R Y S O P H.
Quasi vero apud Græcos potuisset, tanta caligi-
ne sopita, latuisse, quam vix apud Cimmerios in
densissimis tenebris, occultam esse licuit. T H E-
O P H. Recte tu quidem; sed difficile est custodi-
re quod omnes petunt. Cuis exemplum, in the-
sauris sit, qui tantis laboribus effodiuntur: item
in absoluta formæ feminis, quarum pudicitia
tot insidiantes habet. Legistin'. Argonautarum
apud Poëtas in Colchum, expeditionem? C H R Y-
S O P H. Imo illam ex Apollonio Rhodio didici.
T H E O P H. Animaduertistin', in illa latere,
totam de arte Chymica historiam? C H R Y S.
Minime. T H E O P H. Id ipsum suboluisse
Aloysium Marlianum arbitror, qui suos, de
hae

hac arte, commentarios, Vellus aureum, nominat. Magnum enim quiddam fuisse credendum est, ob quod tantum itineris & molestiarum, tentato pelago, Gracie proceres, duce Iasone, insumerent. Aries itaque velleris aurei nihil potius fuisse, est verisimile, quam membrana, qua ex pellibus conficitur, & libri, aureis literis conscripiti, quibus aurea, id est, nostra artis arcana continebantur: Suspensum vero in Aeta Colchorum regis penetralibus, ipsoque templo, non sine diligentissima oculatorum custodia. Quo ineffabili thesauro a Medea filia prodito, ipsam non infinitas tantum dinitias habuisse, sed & alia miranda peregrisse, credendū est; præsertim cum exiguo negotio, (quod videtur impossibile) Esonem sacerum decrepitum, firmiori valetudini, & quasi iuuentare restiuerit. Expende diligentius, an nō & ipse Apollonius metallorum, eris & auri multoties (licet obiter) mentionem faciat. CHRYS. Deum immortalem! nā tu te ipsum argute prodis ex his iam dictis; certior factus sum, te in ipsis vera scientiae penetralib. versari. Nōnne & tu miranda præstutisti? Jam vero id pernegas? Nōnne tu morbis deploratissimi tuliisti suppetias? cum tamen medicorum scholas numquam sis ingressus; sed solum illo tuo (quod aurum potabile dicunt) omnes Europæ medicos ante uertas, illiq; palmam tibi iam dudum tribuunt. Tergiuersari ergo illud diutius, sine grani in me offensa non poteris. THEOPH. Etsi hac pro veris agnoscerem, nosti tamen a sapientibus

76 DE ARTE CHYMICA

dictum; Quod occultum vis, nemini dixeris.
Fateor me quidem, ex metallorum & metallico-
rum energia, multa, idque ratione Physica, de-
prehendisse, quorum praxis, ad utilitatem publi-
cam, ipsamque medendi facultatem, plurimum
confert. Tentasse me vero quidquam, priuati
mei emolumenti ergo, nemini hominum potest
esse perspectum. Cum intelligam id regibus, ipsi
Jasoni fuisse exitio: qui a propria coniuge (forte
quia euulgari artem timebat) una cum liberis
euersus. Libri autem, cum aula regia, exusti.
Iam intelligis an sapienti tale quidpiam sit optan-
dum. Expende etiam o Chrysophile, quantum
tu mihi (si sapere incipias) hodie sis, pro meis
monitis, obligatus. Intelligis enim quamdiu in-
sophistica illa Chymica versatus, & aureo hamo
piscatus sis. Id certe infinitis accidit; ut deiecti
tum animi, tum corporis, tum fortune bonis o-
mnibus, id tantum solatii habentes, ut malint vi-
deri, quam esse, huius artis periti; potiusque esse
credant, aurum ementiri quam aurum possidere.
Et (quod est atrocissimum) ut socios pænarum
habeant, quoscumque possunt circumuenire, in
manifestum discrimin perducere. C H R Y S O.
Tanta usus es argumentorum vehementia, ut a-
nimum meum, ab iis, quibus addictus erat, omni-
no diuerterint. Itaque ne verbum quidem am-
plius de hac re faciam. Sed unicum a te peto;
cum omnis in hoc negotio, experientia, cum in-
commodo sit coniuncta, ne mihi facultatum quid-
quam deinceps pereat; ut mihi aperte indicare
pergas,

pergas, quo pacto ego non libros tantum sophisticos, sed & ipsos impostores, prima statim fronte possim dignoscere. THEOPH. Id ego in tui gratiam breuissimis exponam. Primo ergo, quantum ad libros spectat, nihil pestilentius in hoc negotio irrepisse scias, quam illorum nuge, qui se interpretes antiquorum iactant. Quo nomine Lullius, magna mercede (scilicet) dignus; qui, ut omnes fere scientias, ita & hanc artem fæde conspurcauit, & sic impostorum antesignanus esse voluit. Eiusdem farinæ libellus exstat; cuius initium, Omnis sapientia à Deo est: in quo nugator ille, enigmata omnium antiquorum soluere, offendicula (ut eius verbis utar) & errores ostendere, de tenebris in lucem reduceturum se simplicem pollicetur: tandem ubi Barbarica loquacitate multum præfatus est, in intricatores labyrinthos lectorem dimittit, quamuis illum suum librum (nugarum magnitudine refertum) semitam directam nominat. Postremo in cupri dealbationem (ita enim scribit) argenti colorationem & inauditas metamorphoses desinit. Hec paulo exactius refutare visum est, ut illum hominem, qui se philosophum nominat, & sapientiam sibi a Deo traditam, insipientiae arguerem. De antiquorum scriptis tantum periculi non est. Secundo ex sermonibus protinus impostorem cognosces, cum ille statim a limine Hermetis lapidem, lapidem, inquam, sanctum phi-

78 DE ARTE CHYMICA

losophicum tonat; hoc primum argumentum
sit insanæ. Si deinde aliquot annorum expen-
sas perferendas dicat; si de specubus subterra-
neis, furnellis rectis, incurvis, apertis, clausis,
pendentibus verba fecerit. Si de carbonibus
vallium, montium; si de vitris arboreis; si de
exercitio maioris & minoris operis; si de
Mercurio philosophico: de rege Antimo-
nii; de luto sapientia; de duodecim aquis ad
artem pertinentes, & si quæ sunt similia, pro-
fert. Et hæc ad artem, ipsiusque finem nece-
saria dicat, aut insanus est, aut impostor. Sin
eisidem adhibeas, & opus fueris aggressus, fiet
ut breui cum Gracis dicas, ἀριστερὸς θορυβοῦ
πέρικλεν. Quod si esset hominum aliquis, cui
omnia huius scientiæ arcana possent esse per-
specta; tuque in illum incideres; mihi tamen
numquam fiet verisimile, illum te quidpiam
certi edocetur, cum sapientes intelligent,
quid Satrapæ in illos, a quibus reconditas scien-
tias perdiscunt, moliantur, nisi magnifice ve-
lint esse miseri, & remunerationis loco, aureas
compedes per omnem vitam perferre. Id non
negarim posse te peritorum conuersationibus
multum iuuari, & mentis caligines discutere.
Nam & Socrates nulli se doctrinam admini-
strasse fatetur. Sed ut medicus, non quidem
visum præstat, verum detersa hebetudine, aciem
in obiectum dirigit: ita de omnibus scientiis
existimandum est.

Cumq;

Cumque hac ita sint, intemperantia tamen
hominum, affectuumque pertinacia, cupidita-
tumque (ut Sophocles dicebat.) furentes equi,
ita multos agunt præcipites, ut priusquam sapere
incipiant, extremum infortunium, & Home-
rica "Arn, illos fœdo interitu de-
iciat atque pessum-
det.

F I N I S.



